FORTVNII LICETI
GENVENSIS PHIL. MEDICI
Olim Pisis, nunc in Patauino Lyceo
Philosophiam prima hora vespertina primo loco Docentis
De perfecta Constitutione hominis in vtero
LIBER VNVS,

In quo caussæ omnes fætum constituentes; singularum functiones; & rationes operandi ex rei natura in Peripato explicantur: speciatimq; ostenditur ut Parentum imaginatio maculas expetitorum filijs inurat: vt femineum semen non raro sit masculeo viribus æquipollens; & aliquando actuosius: vt menstruum, quo conceptus gignitur, specie, ortuque differat ab eo, quo fœtus enutritur.

AB
NICOLAVM CONTARENVM
Illustrissimum Senatorem, & Excellentissimum Gymnasiarcham.





PATAVII, Apud Petrum Bertellium. MDCXVI.
Superiorum permissu.

FORTVNII LICETI

GENVENSIS PHIL. MEDICI

Olim Pisis, nunc in Patauino Lyceo

Philosophiam primo loco [illegible] primo loco Docentis

De perfecta Constitutione hominis in vtero

LIBER VNVS.

In quo causae omnes foetum constituentes; singularum functiones [illegible]

AD

NICOLAVM CONTARENVM

Illustrissimum Senatorem, & Excellentissimum Gymnasiarcham.





PATAVII, Apud Petrum Bertellium. MDCXVI.

Superiorum permissu.



Illuſtriſsimo, & Excellentiſs.

NICOLAO CONTARENO

Ampliſsimo Senatori,

Sapientiſſimoque Triumuiro Litterario

Fortunius Licetus S. P. D.



PRæclara eſt, admiranda, & omni ex parte diuina (Contarene vir eruditiſſime) illa cunctarum actionum dux, atq; magiſtra Contemplatio; ipſi enim omnia parent, ac ita ſubijciuntur, vt nihil vſquã ſit adeo reconditum, quod eam penitus latere, ac ſubterfugere poſſit: immo vero quæcunque intelligendi facultate præcellunt, ſic vna contemplatione ducuntur, vt ad nihil excelſum aggrediantur, niſi huius ſtimulis incitentur; nihil appetunt, nihil tentant, nulla re iucunde fruuntur, niſi Contemplatio adſit ſingula cõdiens, perficiens, ſuauitate replens: Prima etenim Mens ad ſeipſam conuerſa, & in ſeipſa cuncta conſpiciens producit quæcun-

que fiunt, conseruat omnia, & vniuersum hoc Ornamentum, quod nomine alio Cęlum appellare libuit, ineffabili prouidentia moderatur: Secundæ præterea Mentes cęlorum orbibus assistentes Primæ illius contemplatione vsque adeo delectantur, vt assidue ipsam intuentes nulla eiusdem vnquam satietate capiantur; sed quo illam speculantur intimius, eo in ipsius meditationem rapiantur ardentius: In tertio demum genere mentis, humanam dico, ita florere, ac vigere contemplationem alma rerum parens Natura voluit, vt non solum acutissimos cuique hominum ad contemplationem stimulos inseuerit; sed etiam ad vitam bene, beateque traducendam nullum nobis aditum contemplatione potiorem patefecerit; eius etenim beneficio humanis animis omnes virtutum habitus insculpuntur; qui sola, & vera sunt honestarum actionum principia, atque adeo solida ciuilis felicitatis fundamenta. Hæc numquam non mente recolentes Venetorum proceres rectissime ab adolescentia contemplationi se totos tradere, ac egregiam vtrique Philosophiæ operam nauare consueuere; inde sibi facile dotes illas animo comparantes, quibus tantæ Reipublicæ molem sustinere, libertatem eximie conseruare, summamque dignitatem tueri conspiciuntur. Sed inter ceteras Illustrissimas Contarena domus & fauit semper studiosis, & fuit ipsa plena litterarum: ac ne huc ex illius aureo sinu quamplurima transferam litteratissimorum hominum exempla, quæ in angustijs epistolę apte nequeunt recenseri, Te vnum instar om-

nium (sapientissime Nicolae) suspicimus in politiorum litterarum studijs, in ea Philosophiæ parte, quæ ad mores attinet, atque ad bene de Republica merendum, & in abditiorum rerum contemplatione à teneris assiduũ. Ex quo contemplatricis vitæ instituto illum iam heroicum virtutis habitum induisti, quo & Serenissima Respublica te ad egregia omnia facinora iugiter experitur aptissimum; & ipse tu cunctos mortales ad tui admirationem pariter, ac venerationem excitas, allicis, vel potius dulci quadam attrahis violentia. Ego certe tuum hoc erga disciplinas, & earum cultores eximium, ac singulare studium, præclara vulgante fama, dudum intellexeram; sed superiori æstate, quum Venetijs essem, ipsum omni fama sublimius mihi plane perspectum toto animo non suspicere non potui: Te namque semper aut summa Reipublicæ negocia peragentem, aut sapientum libros euoluentem, aut studiosorum commoda, & honores comperi adaugentem: Quin & eximiam tuam in meipso expertus sum benignitatem, quando te maxime fauente ab Excelso Senatu honestissimum honorarij augmentum, & in Patauino Collegio locum adeptus sum: Quo beneficio quum me totum tibi iam in perpetuum deuinxeris; huius meæ in te voluntatis nunc primum signum, vtinam æternum, extare volui opus hoc meum *De perfecta constitutione hominis in vtero*; cum quo tibi animum dedico semper obseruantissimum. Vale Veneti nominis honos, & Musarum omnium præsidium. Patauij. Calendis Aprilis. MDCXVI.

INDEX,

Et ordo Capitum totius Operis.

PRæfatio libri continens propositum, dignitatem, occasionem, & vtilitatem tractationis. fol 9
Principia cuncta enumerantur absolutam hominis in vtero constitutionem promouentia; nonnullis eorum differentijs insinuatis. Cap. I. 12
Virile semen in corpore masculi duplicem habere ortum; & primum in toto corporis habitu; doctore Aristotele. Cap. II. 13
Semen virile, Aristotele autore, nancisci vltimum sui complementum, atque adeo secundam sui generationem in testibus masculeis. Cap. III. 17
Masculeum semen dupliti constare parte, quarum altera vim actiuam obtineat, altera patiendi potentiam. Cap. IV. 20
Crassiorem seminis masculei partem in primo sui exortu a singulis membris dispositionem acquirere ad induendam naturam consimilium membrorum in fetu; spirituosam vero instrumentum ea generandi. Cap. V. 23
In secundo exortu a testibus masculei seminis partem vtramque acquirere temperamentum integrum totius hominis, & animæ humanæ partem vegetam, ac sensitricem; vnde multiplicis partus caussæ explicantur. Cap. VI. 26
Quatuor virtutes specie inter se distinctas ad perfectam sobolis generationem necessarias in seminis parte spirituosa inesse, ceu facultates animæ seminis. Cap. VII. 30
Qua ratione masculeum semen in vtero fætum integre constituens ex parte sua, sigillatim propositas virtutes omnes exerceat, & primo animatricem. Cap. VIII. 34
Quo pacto virile semen secundam animæ suæ facultatem discretricem heterogenearum partium fætus exerceat. Cap. IX. 38
Vt genitura masculi animæ suæ tertiam facultatem collocatricem partium materialium fætus in locis oportunis exerceat. Cap. X. 39
Propositarum nouissime functionum seminis necessitas ostenditur; & non posse ex

qua-

quacunque parte menstrui, vel seminis quodcunque membrum fœtus exoriri. Cap.XI. 41
Quo pacto masculeum semen quartæ facultatis animæ suæ vires exerceat membra fœtus efformans; quam partem primo effingat; & vt se habeant ad inuicem quatuor prædictæ seminis virtutes in tempore operandi. Cap.XII. 43
Muliebre semen distinctum a menstruo sanguine notum fuisse Aristoteli. Cap.XIII. 45
Semen mulieris duplicem in femina generationem sortiri; alteram in partibus omnibus vniuersi corporis spermaticis; alteram in testibus femineis. Cap.XIV. 52
Femineo semini duplicem inesse partem, actiuosam, & passiuam, vt masculeo. Cap.XV. 55
Muliebris genituræ partem crassiorem in primo sui exortu a membris solidis acquirere vltimam dispositionem ad induendam naturam consimilium membrorum in fœtu; spirituosam vero vim instrumentarie deseruiendi animæ organizanti conceptum. Cap.XVI. 56
Femineum semen acquirere à testibus muliebribus in secunda sui generatione temperamentum totius corporis, animam, & animæ instrumentum calorem cum spiritu. Cap.XVII. 58
Quot, quæque virtutes insint in spirituosa feminei seminis portione ad constitutionem perfecti conceptus necessariæ; quomodoque se habeant ad virtutes masculei spermatis. Cap.XVIII. 64
Qua ratione femineum semen in vtero suas vires exerceat masculeo fœtum constituenti cooperans. Cap.XIX. 68
Menstrui sanguinis constituendo conceptui necessarij vnicam esse originem, & vniusmodi substantiam. Cap.XX. 72
Menstruum sanguinem, quo fœtus primum constituitur, diuersam specie habere tum sedem generationis; tum substantiam, formam, ac temperaturam ab eo, quo fœtus constitutus postea in vtero enutritur: adeoque duas esse menstrui species, seminariam, & alimentarem. Cap.XXI. 76
Materni sanguinis portio purior qua ratione famuletur conceptus constitutioni; & quo differat à semine proprie dicto, quoue illi conueniat. Cap.XXII. 82
Ad humani conceptus constitutionem vterum feminæ rationem effectricis caussæ disponentis, ac secundariæ obtinere octo suis functionibus specie distinctis: Quæ omnes sigillatim explicantur. Cap.XXIII. 87
Quinque esse vteri vsus erga fœtum, quique illi proprie sint. Cap.XXIV. 91
Parentum animæ in constitutione fœtus sunt agens remotum, non vtuntur semine vt instrumento; & proprie quid, & qua ratione operentur. Cap.XXV. 92
Imaginatio parentum quæ, & quomodo promoueat conformationem fœtus in vtero: speciatim qua ratione generentur in corpore filiorum maculæ, ac imagines

rerum,

verum à parentibus expetitarum, & alta cogitatione præcognitarum. Cap. XXVI. 96
Cælestia corpora qua ratione concurrant ad humani conceptus constitutionem. Cap. XXVII. 105
Intelligentiæ separatæ cælorum motrices quomodo promoueant humani conceptus generationem. Cap. XXVIII. 107
Qua ratione Deus Optimus humani conceptus constitutionem promoueat, & illi vltimam perfectionem tribuat. Cap. XXIX. 108
Colligitur ex traditis natura caussarum embrij sigillatim, ac primum explicatur humani conceptus materia proxima. Cap. XXX. 112
Deducitur caußa conceptus humani efficiens cuiusque generis, explicaturque variorum sexuum origo. Cap. XXXI. 113
Exprimitur quotuplex, quæque sit formalis caussa conceptus humani, & quomodo in eo sint. Cap. XXXII. 115
Affertur finalis caußa conceptus humani. Cap. XXXIII. 117
Conclusio totius operis. Cap. XXXIV. 118

FINIS.

FORTVNII
LICETI
In Suum Librum
DE PERFECTA CONSTITVTIONE
HOMINIS IN VTERO
PRAEFATIO.

Naturæ operatio admirabilis.

SI vlla in terris est almæ parentis rerum Naturæ operatio admirabilis, quæ supra omnes artium metas Diuinæ sapientiæ, prouidentiæq; nō obscura vestigia in se habere videatur; hæc vna profecto est physica humani conceptus in vtero constitutio, primæ illi magni huius Mundi constitutioni simillima: Si namq; Mundus iste sensibilis supremum omnium ens, Deum immortalem sui conditorem obtinuit; illi nequicquam concedit homo, qui ab eodem summo rerum opifice rationalem animam acquirens, Deum originis & ipse suæ immediatum experitur autorem: Si præterea Mundus in tenebris abyssi conditus esse perhibetur; & homo similiter in vteri materni obscuritate prima sui habet exordia: Si deinde Vniuersam hanc Mundi molem construens Deus Optimus, Cælum, ac terram prima illius fundamenta constituit, & Hominem pariter Natura formans, semen, & menstrua humanæ fabricæ illis non dissimilia fundamenta præmittit;

Fœtus humani constitutio. *Similis creationi vniuersi.* *Gen. c. 1. & 2.* *Ab eodem effectore Deo.* *In tenebris fit.* *Similia fundamenta obtinet.*

Semen cælo respondet. semen etenim vel Aristoteleo monitu proportione respondet elemento stellarum; menstrua vero impura sunt, & omnium animarum expertia, terram illam priorem inanem, & omni viuente natura vacuam plusquam nimium æmulantur. Si deinceps in Mundi creatione Deus primum e terra cunctas plantarum species; mox e terra & aqua omnium generum bruta iussit oriri, quasi ambas viuentium classes e gremio deducens elementaris materiei; ac tertiò ipsemet hominem formauit e luto in faciem eius intellectum inspirãs spiraculum vitæ nullo caussarum inferiorum vtens ministerio; consimili planè modo in humani conceptus constitutione Deus ille maximus primum parentum genituræ cooperans materno sanguini vegetalem animam e sinu materiæ deductam impertitur, qua fœtus in vtero viuit vitam plantarum; mox eidem sentientem ex potestate materiæ pariter eductam animam communicat, cuius adeptione conceptus fit animal; cui à summo Deo postea immediate, nullo corporeo agente illi cooperante, nullaque materiæ potestate auxilium subministrante, rationalis anima inditur humanam & vitam, & essentiam fœtui concilians. Si denique Mundi corpora varias sortita naturas, & operationes, miro tamen, ac diuino planè artificio ad pulcherrimam vniuersi constitutionem inuicem conspirant; in humano etiam conceptu innumera propemodum variæ naturæ, virtutisque membra mirifice mutuam sibi operam præstantia eximium hoc exigui mundi miraculum bellissime inuicem.

Margin notes (left): Semen cælo respondet. — Menstrũ terre vacua. — Ordo, & ratio creationis vniuersi. — Stirpes, et bruta ex materia. — Mẽs à solo Deo. — Ordo, et rõ constitutionis fęt⁹. — Vegetalis anima e sinuũ materiæ deducitur. — Sentiens aĩa ex materia educitur. — Rationalis non ex materia. — Constituit hominem. — Mundi constitutio ex varijs corporibus. — Fœtus ex varijs membris.

Margin notes (right): 2. de gen. an. cap. 3. — 1. de gen. an. c. 20.

ctem nexa constituunt. Quid ergo Humani conceptus constitutione præclarius? quid admirabilius? quid ad summi Dei, & ad rerum omnium cognitionem vtilius? Hæc me alia meditantem vt huiusmodi contemplationem, ceteris intermissis, diligenter excolerem impulerunt. Cui sane muneri eo libentius operam dedi, quo & summum præceptorem Aristotelem de proposito varijs in locis agentem a quamplurimis immerito videbam accusari, qui eius doctrinam, ab eo tamen non haustam, profitentes primum illius autorem dissimulant simul, & insimulant; & conscribenti mihi libros De Monstrorum caussis, natura, & differentiis, *quum tota Monstrorum essentia sita sit in errore Naturæ impeditæ ne rectum opus efficiat, bene lapsum Naturæ hunc introspicere non licebat, nisi ob oculos posita perfecta Naturæ operatione; rectum enim Aristoteli est index sui, & obliqui; priuationesque, vti sunt omnia peccata, & imperfecta opera naturæ, nonnisi per habitus recte dignoscuntur. Sed in ardua meditatione proprijs diffidens viribus ad Te in sacrosancta Trinitate vnum, atque vnitate Trinum supplex confugio, Summe Deus, enixe rogans vt intellectui meo, heu quam in plurimis cæcutienti? lumen veritatis impertias, quo abstrusam Humani conceptus generationem plene dignoscam, & recte conscriptam mundo patefaciam. In tuo itaque nomine iam opus aggredior.*

[Margin notes: *Operis dignitas.* — *Aristotelis sensa plerique dissimulant.* — *Occasio scribendi.* — *Operis vtilitas.* — 1. de an. t.85. — *Rectum index sui, & obliqui.* — 3. de an. t.25. — *Priuatio cognoscitur ex habitu* — *Inuocatio Diuinæ opis.*]

FORTVNII LICETI

DE PERFECTA CONSTITVTIONE HOMINIS IN VTERO

Liber Vnus;

In quo ex rei natura omnes caussæ tum communes, & remotæ; tum etiam propriæ, ac proximæ; siue per se, siue per accidens fuerint; & earum functiones distincte considerantur, quæcunque in Vtero inculpatam Hominis constitutionem moliuntur.

Principia cuncta enumerantur absolutam hominis in vtero constitutionem promouentia; nonnullis eorum differentijs insinuatis. Cap. I.

Humani conceptus caussa multiplex.

Non physica eminenter agens.

Non physica physice agens.

Physica physice agens per accidens.

Per se remota.

EOrum, quæcunque ad exactam hominis constitutionem in aluo materna sub ratione principij, & caussæ conuenire consueuerunt, alia physica sunt, & physice operantur; alia Physica non sunt, licet physice agant; alia nec physica dici possunt, nec physice operantia: Porro ad hominis generationem eminenter non autem physice concurrit agens non physicum Deus Optimus; eam vero physice promouent agentia non physica Mentes infra Deum cælorum orbibus assistentes; at hominem physice generant physicam essentiam nacta agentia cuncta corporea: Sed & horum aliqua per se, ac necessario in hominis procreatione operantur; alia fere per accidens, ac non necessario; vt parentum imaginatio: Caussarum vero per se, ac necessariarum productioni hominis promouendæ rursus aliæ remote solum eam moliuntur, vti sunt animæ parentum; aliæ vero immediate hu-

manæ

manæ constitutioni deseruiunt; sed & harum aliæ secundaria quadam ratione huic muneri consulunt, vt mulieris vterus; aliæ vero per se primo; quarum aliæ suo funguntur officio mere patiendo, vt maternus sanguis, menstruus appellatus; aliæ agendo simul & patiendo: hæ demum subdiuiduntur in eam caussam, quæ conceptum humanum constituit magis patiendo quam agendo, cuiusmodi est femineum sperma; & in eam, cui vis agendi potior est quam patiendi, vt est masculi semen. Nouem itaque sunt primordia humanam naturam in vtero promouentia, Deus Optimus, Mentes infra Deum supernas sphęras circumuoluentes, cælestes globi, parentum imaginatio, eorundem anima tota, maternus vterus, sanguis muliebris, femineum sperma, & virile semen. De quibus omnibus sigillatim agendum nobis est, quantum attinet ad nostrum institutum, considerando quam naturam in seipsis habeant vt principia fætus humani, & quam vim obtineant in eo constituendo, quomodoque suum hoc munus obeant, exordio sumpto a masculeo semine.

Per accidens secundaria.

Per se mere passiua.

Per se patiens actiua.

Per se actiuo patiens.

Quæ caussæ fætus nobis explicandæ.

Virile semen in corpore masculi duplicem habere ortum, & primum in toto corporis habitu, doctore Aristotele. Cap. II.

PORro virile semen principium esse primarium, nedum necessarium in generatione fætus humani, quæ physice obiri consueuit in vtero mulieris, nemo est qui ambigat; Duplicem autem masculeo semini contigisse generationem in corpore viri, non ita est omnibus apertum; nostra nunc interest id ex rei natura explicare. Primam sane sui generationem sortitur masculi genitura in singulis partibus solidis humani corporis; vt enim ex chylo prima fit sanguinis generatio in hepate rudior; deinde secunda perfectior in corde apud Aristotelem; in venis autem apud Galenum; qui tamen alibi sanguinem suum calorem, atque adeo formam accipere cum Aristotele, quasi veritate demum coactus fatetur ex corde, vbi sanguis vltimum sui recipit complementum: ita ex sanguine extra capillares venas egresso, seu

3. histor. c. 19.
3. de par. cap. 4. & 5.
4 de gen. an. cap. 4.
1. de vs. par. c. 16.
4. de vs. par. c. 12.
1. de sem. c. vlt.

Fætus caussa primaria.

Necessaria.

Masculi semen duplicem habere ortum, primum in partibus solidis.

Sanguinis generatio duplex, et vbi fiat.

Aristotelis, & Galeni dissidium & consensus.

Ros secunda humiditas. seu potius ex illa secunda humiditate, in quam idem sanguis mox membra nutriturus conuersus est sub nomine roris, actione membri nutriendi fit alia humiditas, quam Arabes Medici cambium nuncupant; quæ nihil est aliud quã vltimum alimentum, seu alimentum vltimam dispositionem adeptum, qua potest immediate in membri substantiam commutari, & eius formam substantialem, quæ anima est, induere: huiusmodi vero vltima dispositio temperamentum est simile, ac eiusdem speciei cum temperamento partis nutriendæ: Huius itaque cambij partium singularum temperiem adepti vi tertiæ coctionis in ijs partibus editæ, vna, eademque maxima portio vlteriori solidarum partium actione mutatur in ipsarum substantiam acquirendo illarum formam substantialem; quæ commutatio vera est membrorum nutricatio: portio vero alia cambij minor plerumque remanet (nã membra non vertunt in sui naturam nisi quantum sibi satis est, & quantum sua virtus conficere potest) nihil aliud in se retinens ab ea parte viuentis, quam temperamentum temperamento illius consimile: dixi plerumque portionem cambij remanere, quæ non vertitur in substantiam membri, quia non semper in omni ætate nutricatui partium superest portio cambij; non enim in prima infantia, seu etiam pueritia, quia tunc maxime viget incrementi necessitas; vnde totum per tertiam coctionem elaboratum in partium alimentum, & augmentum cedit; quo fit vt careant infantes, puerique semine: non item in vltima senectute, quia tunc ob inopiam caloris concoquentis vix tantum alimenti elaboratur, quanto membrorum nutricatui opus est: sed in medijs ætatibus calore vigente multo plus nutrimenti coquitur quam quo indigent partes ad sui nutricationem, & augmentum in adolescentia, iuuentute, virilitate, consistentia, & viridi senecta; quibus propterea solis semen inesse visitur ex portione alimenti redundante nutricatui solidarum partium: Ea enim portio cambij superabundans nutritioni singulorum membrorum est primum rudimentum seminis, seu semen ipsum materiale, non adhuc vltimam perfectionem adeptum: Quod & Aristoteles nouit, & ratio comprobat: Aristoteles quidem

Left margin notes: *Cambium quid.* — *Vltimum alimentum quid.* — *Membri forma substantialis quid.* — *Vltima dispositio sanguinis ad induendam naturam membri in quo sita sit.* — *Oritur in tertia coctione.* — *Cambiũ in quo mutatur in mẽbrorũ substãtia.* — *Nutricatio vera.* — *Membra quãtũ alimenti vertant in sui naturam.* — *Cur pueris non insit semen.* — *Cur neque senibus.* — *Semine quæ polleant ætates, et cur.* — *Primum seminis rudimentũ quid sit.* — *Vide infra c.10. 11.14.*

Right margin notes: 3. hist. c. 19. — 3. de par. c. 4. et 5. — 4. de gen. an. c. 8. — 1. de vs. par. c. 16 — 4. de vs. par. c. 12. — c. de tẽpe. cvlt. — 1. de gen. an. c. 18.

dem id agnouit non vno in loco perspicuis verbis definiens semen esse excrementum vtile vltimi alimenti mutati: vltimum enim alimentum nullum est aliud nisi quod habet vltimam dispositionem ad alendum, atque ad induendam animam nutriendæ partis in sui formam essentialem; quippe nutricatio est conuersio nutrimenti in substantiam partium; quæ conuersio fit non nisi communicata membri anima nutrimento sibi apposito; huiusmodi autem alimentum vltimam istam ad alendum dispositionem suscipit non nisi in tertia coctione, qua purgatur ab omni sorde, fitque simile membro nutriendo per adeptionem temperamenti eiusdem speciei. Dicitur autem semen esse vltimi alimenti mutati excrementum, quia est cambij portio, non quæ per nutricationem mutata, & conuersa est in substantiam partis enutritæ, sed altera, quę partium nutricatui superabundat: statuitur autem semen vltimi alimenti excrementum vtile, ad aliorum excrementorum differentiam, quibus alimentum vi tertiæ coctionis purgari necessario debet; quæ sunt inutiles sordes, & fuligines per cutis poros iugiter effluentes; quum portio cambij superabundans nutricatui partium singularum intra corpus remaneat iterum in venas regrediens vtilis futura procreationi sobolis, vbi ad testes peruenerit, ibi vltimum seminis complementum receptura. Sic ergo prima, seu materialis generatio seminis fit in singulis corporis nostri particulis, quando sanguis roris instar membris nutriendis inspersus acquirendo simile temperamentum temperamento membrorum vi tertiæ coctionis mutatur in cambium nuncupatum, & vlterius redundans nutricatui particularum omnium secernitur ab ea cambij portione, quæ in earum alimentum concedit. Ratio vero id ipsum confirmat, quia illud omne, quod a coeunte masculo in feminarum vterum effunditur, semen est; at vero certis constat experimentis, & Aristotelis obseruatione, vbi venere iterata vasorum spermaticorum sinus, & testes exhausti fuerint perfecto semine, vlteriori venere a masculo cruentam materiam effundi; quæ propterea nihil aliud esse potest quam semen solam sui primam generationem in singulis corporis partibus expertum, nondum autem se-

cun-

Marginal notes (left): 1. de gen. an. c. 18. & 19. — 2. de gen. an. c. 3. — 4. de gen. an. c. 1. — 1. de gen. an. c. 19.

Marginal notes (right): Seminis primã generationem adepti vera definitio. — Nutricatio qd. — Alimentũ vt vertatur in substantiam partis alendæ. — Alimentũ qd acquirat a tertia coctione. — Semen cur dicatur excrementũ vltimi alimenti mutati. — Semen cur sit excrementum vtile. — Excrementa inutilia quæ. — Prima generatio seminis cur, & quomodo fiat. — Semen quib. & cur cruentum effunditur i venere.

cundam, qua dealbaretur in testibus; quippe in eis tandiu non permansit, vt coctionem, ac transmutationem vltimam subire potuerit. Differt autem in hac prima seminis origine Aristoteles a veteribus; quod illi censuere semen gigni ex substantia partium ipsarum per colliquationem, atque adeo semen prouenire a partibus omnibus veluti earum colliquamentum; at Aristoteles voluit semen oriri ex alimento, quod ad partes accessit per vltimam coctionem superabundans partium nutricatui; atque ita non proprie a partibus, sed ab eo quod ad partes accessit prouenire; quod aperte legimus in eius verbis, *Veteres quidem autores opinari videntur id*, semen scilicet *esse colliquamentum; quod enim ex toto secedere propter motus calorem dicunt, vim habet colliquamenti*. & paucis interpositis, *Ergo vtilis excrementi pars aliqua semen est; vtilissimum autem quod vltimum est, & ex quo iam vnumquodque gignitur membrum.* & paulo post. *Vltimum autem paruum admodum ex plurimo relinquitur alimento; sed intelligendum perexiguo augeri quotidie animalia, & plantas. Igitur contra quam veteres putarunt, dicendum est; quum enim illi, quod ex toto secedat, semen esse fateantur; nos quod ad totum suapte natura faciat, semen esse fatebimur; quumque illi colliquamentum dicant; nos excrementum potius esse statuimus: quod enim vltimum accedat, & excrementum vltimi sit, id simile esse probabilius est; perinde vt Pictoribus sæpenumero aliquid Andriceli, id est, purpurissi remanet simile eius, quod consumpserint.* 1.de gen. an. c. 18.

Semē a toto corpore vt effluere voluerint veteres, quos confutat Aristoteles.

Aristoteli semen vt a toto corpore proueniat.

Seu verius ab eo quod ad partes accessit.

Semen pars est aliqua vtilis excrementi.

vtilissimū quid.

Semen ad totū potius accedit, quam a toto recedat.

Ex quibus apertissime constat Aristotelem negare veteribus semen prouenire a toto corpore genitū per colliquationem substantiæ partium vi caloris ob motum in venere vehementiorem excitati; at velle semen prouenire ab vltimo alimento, quod post tertiam coctionem ad membra, ea nutriturum, accessit; & fieri in singulis membris vi tertiæ coctionis adipiscens temperamentū eorum temperamento simillimum; esseque id, quod illorum nutricatui, auctionique superest; vt coloris ea portio, quæ Pictoribus remanere solet ei similis, quam in pictura consumpserint. Quæ si vidissent, vel attente considerassent Iuniores, non ita simpliciter Aristotelem semen a toto prouenire negantem pronunciassent: Quorum assertum & alibi apertissime proscindit Aristoteles inquiens, *Item semen*

Semen non prouenire a partib. colliquatis.

Semen vt Andricelo comparetur.

Iuniores notati.

4. de gen. an. c. 1. *semen excrementum esse ultimi alimenti positum est; ultimum autem id intelligi volo, quod in unamquamque partem feratur: quamobrem quod generatum est simile ei, quod generauit, est nihil enim refert ab vnaquaque parte proficiscatur; an ad vnamquamque accedat: sed rectius ita:* quia quod ad vnamquamque partem accedit est totum vltimum alimentum, cuius maxima pars cedit in singulatum partium nutricatio nem, minima in earundem augmentum, media superabundans remanet in semen: quod inde per venas ad testes proficiscens in vterum proijciendum statui etiam potest ab vnaquaque parte prouenire; dummodo cum veteribus non dicamus esse partium colliquamentum, seu membrorum substantiam colliquatam a calore veneris: sed asseramus esse excrementum vtile alimenti vltimi ad singulas partes transmissi, vt puta ea vltimi alimenti portio, quæ membrorum nutricatui, & augmento superabundauit. Quod ratione ducta ab experimento probat Aristoteles, qui aliunde non censet prouenire similitudinem filiorum cum parentibus, potissimum in membris determinatis, quam ex eo quod semen constituens singula membra fætus prodierit a singulis parentum membris ad illa in corpore proportionem habentibus. Et certe quomodo ex claudis claudi, ex læsis alia parte læsi nascantur in membro consimili nisi ob defectum seminis, quod ab ea parte parentum prouenire debebat, constiturum partem eiusdem ordinis in fætu? Sed hac de re quoque posterius agendum nobis est. Ita ergo Aristoteli masculeum semen gignitur vi tertiæ coctionis in singulis membris editæ ex eo alimento, quod ad singulas partes nutriendas, & augendas accesserat.

vltimum alimentum quod sit Aristoteli.

Nati cur simile parentibus.

Semen vt se habeat ad alimentum.

Cap. 5. 10. 11.

Aristoteli semen vbi primum gignatur.

Semen virile Aristotele autore nancisci vltimum sui complementum, atque adeo secundam sui generationem in testibus masculeis. Cap. III.

SEcunda vero generatio masculei seminis editur in testibus, vt clare admonet, vel inuitis neotericorum plurimis, non vno in loco Aristoteles; ac primum quidem alicubi asseuerans *testes emittere semen genitale*; quan-

1. de gen. an. c. 12.

Seminis secunda generatio fit in substantia testium Aristot.

doquidem emittere nequeunt quod in seipsis non habent; habere autem non possunt perfectum, & candidum semen nisi ipsum genuerint; nam quod in venis est ante substantiã testium collocatis cruentum semen est Aristoteleo monitu nondum perfectam seminis formam adeptum. Quod enim obijciente doctissimo Laurentio cum alijs plerisque Iunioribus Aristoteles aliquando constituit testes non esse ad generationem spermatis necessarios, nihil nos turbat; quia nullibi vere Aristoteles interdixit testibus vim generandi semen, quod vulgo in eum iactari consueuit; sed ipse solum rectissime statuit illos non esse simpliciter necessarios ad generationem animalis, tum quia pleraque animalia generantia, vt serpentes, & pisces, a natura sine testibus generant propriã sobolem coeundo: tum quia taurus quidam quum statim a castratione inijsset, impleuit: oestro enim percitus vehementissimæ libidinis castrationis celerioris dolorem non passus est, quo a coitu arceretur; nã & homines ardentes ira in feruore pugnæ transfossi ab hoste vulnera non sentiunt nisi multo post sedatis animis a passione. De inde vero absolute ad seminis generationem necessarios non esse testes non immerito voluit Aristoteles, quia pleraque animalium testes a natura non habentia semen generant in vasis spermaticis, quos ipse meatus appellat: Ceterum quibus a natura dati fuere testes, animalia perfectiora prolificum semen virtute testium, & in testium substantia generare apertissime docuit Aristoteles asserens, *Auium vero, & quadrupedum ouiparorum testes excrementum recipiunt genitale*, scilicet semen illud primam originem in membris solidis adeptum eorum nutricatui superabundans, quod definitum est esse excrementum vltimi alimenti mutati vtile; recipere autem nequeunt nisi vt illi vltimam tribuant seminis perfectionem, *Itaque tardius ijs quam piscibus semen prodit.* nempe quia piscium semen fortasse non indiget secunda generatione ad prolem; vel quia eam susceperit in occulto aliquo testibus proportionali membro. *Patet hoc in auium genere, quum tempore coitus testes multo habeant grandiores, quæ certo tempore coeant: at vbi id tempus praterierit adeo exiguos habent, vt incertum fere an habeant, sit; quum tamen eo tempo-*

Iuniores notãtur.

Testes cur non simpliciter ad generationem animalis necessarij.

Animalia quæ coeant, & generent sine testibus.

Taurus castratus quomodo vaccam inire, ac implere potuerit.

Vulneris q dolorem non sentiant.

Semen quibus in testibus non gignatur.

Semen in testibus gignere animalia perfecta.

Semen cur pisci bus celerius prodeat q ceteris testes habẽtib.

Aues tempore coit⁹ hẽt testes grandiores.

1. de gen. an. c. 19.

Lib. 2. an q. 2.

1. de gen. an. c. 4.

1. de gen. an c. 4.

ra, quo coeunt, gerant prægrandes: hoc ipsum nos obseruauimus in cuniculis, quæ animalia viuipara sunt: vt hinc apertissime constet Aristotelem censuisse animalia testes habentia recipere in testium substantia materiam seminalem; quod plerique dissimulant, quæ vltimum seminis complementum, ac exortum in testibus acquirat. Fit autem proprie secunda hæc seminis generatio, quando cunctæ portiones cambij, seu alimenti vltimi redundantis nutricatui singularũ partium, ac omnino vniuersæ primi, materialisque seminis portiones a membris singulis per venas ad testes affluxerint: ibi enim primum actione testium omnia illa temperamenta partialia cunctorum membrorum temperaturis similia in vnam temperiem similem temperaturæ totius corporis ex illis membris constituti apta mistione adeo conuertuntur, vt quæ prius multa miscibilia erant in vasis præparantibus ante testes degentibus inuicem solummodo confusas, sed natura distinctas adhuc proprias formas, atque temperies obtinentia, veluti grana triticea, & hordeacea in aceruo, virtute, actioneque testium in vnum perfectum mistum commutentur, nouo ex illis prioribus simul coniunctis facto & vno totius seminis temperamento. Deinde vero vlteriori testium actione semen ita dispositum formam seminis vltimam, & specificam adipiscitur; animam nempe vegetalem, ac sensitricem; quæ solæ semini a parentibus indi possunt: mens etenim ab extrinseco prouenit; vt intra suo loco ex Aristotele demonstrabitur. Non tribuunt autem testes animam semini nisi vbi omnes materialis genituræ portiones in vnum totale seminis corpus coiuerint, cui totius animantis insit temperatura; quoniam partium singularum temperies extra totius temperamentum apta non est dispositio subiecti, cui copuletur anima in formam essentialem: Ac proinde vt manus, pes, oculus, aliæque partes singulæ in toto simul iunctæ uitam, et animam retinent, quam utrãque a toto, a & seinuicem separatæ amittunt; sic plane seminis particulæ singulroum membrorum distincta obtinentes temperamenta idoneæ non sunt, quibus a testibus communicetur anima in formam viuifi-

Margin notes:

cuniculis quoq;.

Iuniores notati.

Seminis secunda generatio.

Testes qua ratione semẽ conficiant.

1. de gen. c. 85.

Semen à testibus animari.

Animæ quæ semini a parente communicentur.

t. 19. 31. 32. 2. de gen. an. c. 3.

Testes quando semini animam tribuant.

Partiũ propria tẽperies non est apta, et sufficiẽs dispositio subiecti ad animam.

cur mẽbra a corpore seiuncta. non retineant aĩam, & vitã.

viuificam, nisi ubi simul commistā ui eorundem testium totius integrum nactæ fuerint temperamentum. Quoniam uero in hac secunda generatione semen acquirit vltimum sui complementum, quod est animā; propterea semen hoc absolutum altera definitione donauit Aristoteles inquiens, *Genitura est id, quod a generante proueniens caussa est, quæ prima obtineat principium generationis in ijs quæ coire natura uoluit.* 1.de gen. an. c.18.

Seminis perfecti altera definitio.

Masculeum semem duplici constare parte, quarum altera vim actiuam obtineat, altera patiendi potentiam. Cap. IV.

EST autem eodem Aristotele doctore masculeum sperma duarum partium; quarum vna in eo est spirituosa substantia; cuius participatione semen fecundum efficitur, & rationem obtinet principij actiui in generatione sobolis; quod non vno in loco monuit Præceptor: altera vero in masculeo semine crassa est corpulentia, ex qua partes albæ, spermaticæ ideo nuncupatæ, veluti ex materiali principio constituuntur: acclamante quoque Aristotele non semel: Ipse enim quemadmodum spirituosam seminis substantiam, postquam suo munere functa fuerit animandi, & organizandi conceptum, admonet in fętu non permanere ad instar materiæ, sed in halitus dissolutam euanescere; ita nusquam negauit crassiorem seminis corpulentiam fieri partem constituendi conceptus; partem inquam, quia partem aliam sibi vendicat femineum semen, & aliam maternus sanguis, vt mox apparebit: Immo vero seminis masculei partem crassiorem in conceptu, ceu materiale principium remanere censuit apertissime dicens, *Corpus autem genituræ, in quo semen animalis principii contentum vna prouenit, partim separabile a corpore; in quibus Diuina pars comprehenditur, qualis est quæ mens appellatur, partim inseparabile; hoc inquam genituræ semen dissoluitur, versumque in spiritum euanescit; quum naturā humidam, aquosamque habeat: quamobrem an semper id foras exeat, quærendum non est, neque an pars vlla sit formæ constitutæ; quomodo nec de succo, a quo lac cogitur, quæri tale quid conuenit; nam is quoque mutat, & nulla pars constitutæ magnitudinis est.*

Semen masculeum duas habere partes. 2.de gen. an. c.3. 2.phys.t.31.

Semen qua parte fecūdum sit, & actiuum.

Semen virile cedere in materiam fætus Aristoteli. 1.de par. an c.1. 1.de gen. an. c.20. 2.de gen. an.c.1.& 3.

Semen q completa organizatione in halitus euanescat Aris. 4.de gen. an. c.4.

Fætui constituēdo triplex materia est necessaria. 1.phys.t.62. 2.de gen. an c.3. Cap. 15. 17. 20. 21. 22.

Quæ

1. de ort. anibu. Quæ licet alias aliter, nunc tamen ita breuiter interpretamur: Corpus genituræ, in quo vna cum parte crassiori a masculo prouenit spirituosa portio continens principium constitutiuum animalis, partim separabile est a corpore animalis constituti; nempe genituræ portio spirituosa in se comprehendens principium effectiuũ animalis generãdi; quod principiũ diuina pars appellatur, quia est forma substantialis eiusdem speciei cum forma parentis; formã autem hic diuinã partem appellat Aristoteles, vt alibi more suo, quia est essentialiter actus; quum Deus optimus totam suam essentiam in actu purissimo sitam obtineat: hanc vero formam, quæ in parte spirituosa seminis existens principium est constitutiuum futuri animalis, ait scite Aristoteles esse menti similem; tum quia pollet facultate organorum formatrice, ob cuius participationem & ipse alibi, & eius Commentator semen asserunt efficere sicut ea, quæ ab arte, ac omnino habere virtutem similem arti, & intellectui: tum quia pollet anima sensitrice, quam veluti principium motus in animali nomine intellectus alibi cohonestauit, hic verius menti similem dixit idem Aristoteles. At vero semen masculi quoad aliam sui portionem corpulentiorem, & crassiorem, inseparabile a fętu dicitur, quia in eo remanet ceu materia, ex qua cerebrum, spina, & aliæ partes spermaticæ constitui debent: quemadmodum in coagulo duæ itidem sunt partes; alia spirituosa, quæ vim habet in se coagulandi lactis substantiam; alia corpulentior, & crassior, in qua vt in subiecto sapor, & odor coaguli continetur: Porro coagulum quoad sui partem spirituosam, vbi lactis substantiã coagulauerit, halat in vapores; atque adeo est a lacte separabile; sed quoad sui partem crassiorem, magisque terrenã, est a lacte inseparabile; quod manifeste produnt sapor, & odor coaguli in coagulato lacte permanentes; illęq; quidem qualitates de coagulo in lac transmigrare nõ potuere; quoniam accidentium de vno in alterum subiectum transmigratio naturæ ignota est: Ceterum partem spirituosam cum seminis, tum quoque coaguli suo munere functam non remanere in constituto ceu partem, sed in halitus dissipari & ratio, & experimentum conuincit: ratio

Locus Aristot. difficillimus explicatur.

Principiũ effectiuum in semine cur Aristo. dicatur diuina pars.

1. phi. t. 31.

Diuina essentia tota sita est in actu purissimo.

Forma seminis cur ex Aris. sit menti similis.

7. meth. t. 31. Auer. in com. 3. de an. t. 48.

Semen pollere aĩa sensitrice.

Semen vt sit inseparabile a fœtu.

Semem quorũ membrorũ fœtus sit materia le principium.

Coaguli pars q̃ remaneat in lacte, quæ non.

Accidẽtia non migrant de vno in alterum subiectum.

Partem seminis non remanere in fœtu quæ monstrent. ratio quidem quia caussa efficiens numquam cum materiali proprie coincidit, quum illa sit actu, hæc potestate Aristoteli; cui nihil simul esse potest actu, & potentia respectu ad idem. Experimentum vero, quia neque *3. physi.* coacti portio lactis in fluxile proiecta ipsum cogere valet; *17.* *Efficiens cur nũquã cũ materiali cã coincidat.* neque amputata spermatica pars animalis iterum regenerari potest, neque manus abscissa trunco renascitur: *1. phys.t. 82. & 2. de an.t.2* *Cur coagulati lactis portio coagulare nequeat.* quia ibi non est pars vlla coaguli actiua, neque hic amplius pars seminis membrorum constitutiua. Sed vlterius *3. ph.t.8.* si in plantarum plerisque seminibus euidentissima est partium ista distinctio; videas namque in apice castaneæ corpusculum, in quo vno residet vis generatrix, reliquo castaneæ corpore in materiam stirpis concedente; alioquin detracto apice illo, si castaneæ partem corpulentiorem seueris, nulla tibi exorietur arbos, ob defectum generantis proximi; quod in omni semine a natura doctæ noscentes formicæ quicquid sibi æstate congregant ad hiemem, ne in terræ vtero germinet, rodunt comedentes portiunculam spiritu pollentem genitali: quæ item sola si feratur spirituosa portio, nil inde nasci poterit ob defectum materiæ proximæ; quę non est solus terrenus humor, sed tertium quid ex eo, & crassiori corpulentia seminis constitutum. Quid ni etiam dicamus in semine masculeo spirituosam partem inesse, quæ vim obtineat effectricem; partemque aliam crassiorem, quæ cum excremento feminæ concedat in materiam conceptus? feminam vero in generatione ad masculum se habere, vt se habet terra ad stirpem sementiferam belle nos docuit Aristoteles terram communem omnium plantarum matrem, ac feminam appellans; & anteillum Plato, cui terra non mulierem conceptu, partuque, sed terram vicissim mulier imitatur. Ita ergo vel Aristoteli semen virile duas partes habet, alteram spirituosam, in qua residet vis generatiua eius, quod semine procreatur; a qua omnium semina proinde fecunda fieri dicuntur; quæ pars vbi suo munere functa fuerit, in halitus euanescit ab vteri calore dissipata: alteram vero crassiorem, ex qua coniuncta cum excremento feminæ constituuntur omnia conceptus membra spermatica nun-

Cur aĩalis pars spermatica regenerari non valeat.

In plantarum semine partiũ distinctio.

Formicæ quid seminib. plantarum faciant, ne recondita intra terram germinent.

Materia plãtarum generationi necessaria nõ est solus terrenus humor.

Feminã ad marem se habere, vt ad stirpem semẽtiferã terra.

1. de gen. an.c. 2. *2. de gen. an.c.4.* *12. meta. t.36.* *in Menexeno.*

Semina vnde fecunditatem acquirant.

Membra spermatica ex qua materia fiant.

nuncupata. Quod plerique viri doctissimi non animaduertentes Aristoteli perperam adscripserunt, nobisque olim iunioribus hanc eius sententiam imposuerant, semen absolute non esse fætus caussam materialem ulla ex parte.

Doctissimi plerique notati.

Crassiorem seminis masculei partem in primo sui exortu a singulis membris dispositionem acquirere ad induendam naturam consimilium membrorum in fætu: spirituosam vero instrumentum ea generandi. Cap. V.

3. phys. t. 17. QVum autem in omni cuiusque procreatione ab effectrice caussa quod oritur necessario formã acquirat illi conuenientem materiæ, in quam ipsa recipitur; quippe omne quod recipitur per modum recipientium recipi consueuit: profecto pars virilis genituræ crassior in prima sua generatione a quolibet membro per tertiam coctionem non accipit formam specificam membri, quæ anima est, ob rationes alibi allatas; sed solum formam genericam, quæ nihil est aliud quam temperamentum simile temperamento singularum partium, quarũ nutricatui superabundauit; siquidem vi tertiæ coctionis cum reliquo alimento, quod in membrorum substantiam commutatum est, acquisiuit seminis pars crassior vltimam dispositionem ad induendam naturam illius membri; quæ vltima dispositio est simile temperamentum, quo redditur in potentia proxima ad subeundam formam specificam illius membri determinati; vt omnes vniuersi masculei seminis partes crassiores in prima sui origine vi tertiæ coctionis acquisiuerint temperaturas consimiles temperamentis omnium membrorum ea ratione, vt determinata singula portio seminis vnicum nanciscatur temperamentũ simile temperiei membri illius solum, cuius nutricatui superabundauit: quare pars masculeæ genituræ crassior, quæ primam sui originem habuit ex vltimo alimento redundante nutricationi cerebri, vnam temperiem adepta est temperamento cerebri simillimam, & in ea potentiam proximam dispo-

1. de orit. an. hum. c. 26.

Ortum ab efficiente semper formã acquirit. Recipitur quodcunque per modum recipiẽtis. Pars crassior seminis in prima sui generations non acquirit animam, Sed formã partiũ genericam. Et vltimã dispositionem ad induendam naturam partiũ seu temperamẽtum simile.

Semen ortũ ex ex eo quod abundauit nutricatui singulorũ membrorũ quid ab iis acquisierit.

Actus fiunt so-lū i subiecto di-spositō. dispositionemque vltimam ad induendam cerebri naturam, & non alterius vllius partis in fetu; siquidem Aristoteleo monitu actus actiuorum non fiunt nisi in patiente disposito (& vniuscuiusque actus in propria materia aptus natura est fieri; propria vero materia, in qua nata est fieri forma carnis non est, quæ habet vltimam dispositionem ad induendam naturam cerebri, sed quę obtinuit temperaturam carnis, & huius determinatæ; atque ita de singulis alijs asserendum est. Hoc autem dogma facile potest cum Aristotele ipso experimento cōprobari, quia pleriq; sunt morbi determinatorū membrorum hæreditarij, filij que nascuntur consimiles partes corporis morbosas cum patribus retinentes; ex lienosis enim lienosi, ex calculosis calculosi, ex phthisicis phthisici, ex hydropicis hydropici, & ex podagricis podagrici, & omnino ex læsis aliqua parte corporis læsi eodem membro plurimi gignuntur; quod aliunde prouenire nequit nisi quia portio materiei, ex qua illæ partes determinatæ in filijs generātur, ortum habuit ex eo alimento, quod prius assimilatum morbosis membris eiusdem generis in corpore paterno, maternoue, illorum nutricatui superabundauit; quorum non solum temperaturam essentialem, sed etiam accidentalem seu dispositionem, seu habitum morbosum transtulit in filiorum membra consimilia. Sed hac de re mox etiam agemus. Quoniam vero pars spirituosa masculei seminis in primo sui exortu per tertiam coctionem factam in singulis membris corporis præter temperamentum simile temperaturæ illius membri, cuius nutricationi superabundauit, nacta est etiam spirituum, & caloris influentis maiorem copiam quam altera pars geniture crassior: quumque calor influens, & omnino spiritus in animali sit instrumentum, quo viuentis forma ad omnia vitæ munia obeunda vtitur; quod & Aristoteles aliquando nos apertissime docuit; propterea spirituosa pars masculei seminis in prima sui origine instrumentum acquisiuit, quo determinate indiget facultas constitutiua partium corporis ad efformanda illa membra precise, quæ naturam, temperamentum,

Propria materia in qua nata est fieri forma carnis, quæ sit.

Morbi hereditarii qui.

Unde, & quo mō contingat. semen a partibus determinatis acquirere morbosā intemperiem.

Seminis portio spirituosa in primo sui ortu a partib. acquirit temperiem.

Et calorem influentem.

Qui est aīa instrumentū.

Efformatiuū similiū partium in fœtu.

2. de a[…] t. 24. & 26. 4. de ge[…] an. c. 1.

2. de ge[…] an. c. 3.

C. 10. 11

2. de an[…] t. 41. & 50.

mentum, gradumque caloris obtinent eiusdem speciei cum illa portione seminis masculei spirituosa; semper enim gestit natura in omnibus quid sibi simile procreare. Quam theoriam pulcherrime nobis insinuauit Aristoteles inquiens, *Itaq; semen manus, aut faciei, aut totius animalis est manus indefinita, aut facies, aut animal totum indefinitum; & quale quodcunque illorum est actu, tale semen potentia est aut corpulentia sua; aut facultate, siue virtute, quam in seipso contineat.* scilicet quia seminis a manu parentis primam, seu materialem originem obtinentis portio crassior est potentia manus generandi foetus; quæ potentia indefinita dicitur, quia passiua est: omnis etenim potentia passiua caret actu, qui solus eam definire, ac determinare potest: portio vero eiusdem seminis virilis a manu genitoris primam generationem habentis spirituosa est facultate, ac virtute indefinita manus puelli generandi; quia licet potestate actiua polleat, eam tamen præcipuam non habet, sed solum instrumentariam: hoc autem dissidet agens primarium ab instrumentali, quod illud est definitum ad certos effectus producendos; hoc autem indefinitum; si quidem instrumentum agit ad nutum, & ad motum præcipui agentis eo vtentis; idem autem instrumentum multis agentibus diuersæ speciei ad varios euentus procreandos inseruire potest. Ita ergo in prima sui generatione portio masculei seminis corpulentior a singulis humani corporis membris, quorum nutricatui superabundat, vltimam acquirit dispositionem, qua in cõstitutione fætus est in potentia proxima ad induendam naturam eius partis determinatæ, ac non alterius: portio vero eiusdem virilis genituræ spirituosa recipit ab eisdem membris vim instrumentalem deseruiendi præcise cõstitutioni eius membri conceptus, quod correspondet paterno, a quo effluxit, illius nutricationi redundans.

...de an. ...34. ...1. mag. ...no.c.10. ...de gen. ...an.c.19.

Natura semper gestit simile procreare.

Arist locus pulcherrim⁹ explicat⁹ de masculei seminis parte actuosa, & passiua in formatione fætus.

Potentia passiua omnis cur sit indefinita.

Agens primariũ semper definitum est.

Instrumentum cur sit indefinitum.

Idem instrumẽtũ diuersis agẽtib. inseruit ad varios effectus producendos.

Seminis virilis pars crassa qd acquirat a toto corpore.

Quid spirituosa in primo exortu habeat a toto.

In secundo exortu a testibus masculei seminis partem vtramque acquirere temperamentum integrum totius hominis; & animæ humanę partem vegetam, ac sensitricem; vnde multiplicis partus caussæ explicantur. Cap. VI.

Seminis masculei partes oẽs quid primũ patiantur in testibus.

Prima operatio testiũ circa semen quid sit.

Quantum seminis sufficiat ad implendã mulierem.

Cur idẽ vir vna nocte plures mulieres grauidas efficere possit.

Herculis pueri mira fecũditas, & præpotens venus.

Cur vnico initu mas feminã plu

AT vero vbi a toto corpore, seu a singulis vniuersi corporis membris omnes primi seminis portiunculæ ad testes deuenerint distincta obtinentes temperamenta temperamentis illorum membrorum proportionata, ex quibus quæque ipsarum nutricatui superabundantes effluxere; primum quidem omnium illarum portiuncularum cum spirituosarum, tum etiam crassarum fit exacta mistio, per quam omnia earundem particularia temperamenta coeunt in vnum totale temperamentum, quod aptissima proportione respondet integri hominis, ac omnino vni totius corporis temperamento, non secus atque illæ distinctæ temperaturæ correspondebant speciali similitudine temperiebus singularum partium corporis seorsum acceptarum, vnaquæque suæ compari: adeo vt ex omnibus particulis seminariis ab omni membrorum multitudine ad testes delatis, calore, ac virtute testium cooperante fiat totum semen integrum, ac vnum numero mistum exactissime, cuius vnaquæque portio sensibilis itidem mista sit, ac in se contineat omnes partes seminis a singulis corporis membris effluxas. Cuius quidem rei ea est euidens probatio, quia idem homo vnico initu mulierem implens non necessario totum semen a suis testibus elaboratum in vterum effundit, sed eius vnica portio ex multis satis est ad sobolis procreationem. Immo vero & idem masculus eadem nocte cum pluribus mulieribus deinceps congrediens eas omnes potest reddere prægnantes vnicuique partem sui seminis impertiens, quod ex Diodoro iuniores de vno Hercule asseuerarunt, qui Thespij filias numero quinquaginta, illi ex pluribus feminis ortas, adhuc puer, sed robore præstans corporis vna nocte compressit, suscepitque quinquaginta filios, qui Thespiades dicti sunt. Hinc reddere caussam possumus cur vnico etiam initu mas feminam plurium filiorum matrem efficiat, non quidem gemellorum solum,

Bocc. 13 geneol.

lum, sed trium, quatuor, & multo plurium; namque sua ætate Paræus asserit inter Sartam & Mænum in Paroecia sigillorum ad Cambellayum Domini Maldemeræ Vxorem primo quo nupsit anno gemellos peperisse, secundo ternos, tertio quaternos, quarto quinos, quinto senos fetus, ex eoque partu obijsse. Quinos etiam edidisse vno partu Augusti Cæsaris ancillam breui mox cum prole mortuam. Phlegon Trallianus ex Antigono narrat Alexandræ mulierem quandam quatuor partubus viginti fetus edidisse, quorum maior pars enutrita sit. Eademque in vrbe aliam mulierem quinque infantes vna peperisse; & anno circumacto tres alios. Plinio Fausta plebeja mulier quatuor enixa est infantes. Reperitur & in Peloponneso alia quinos quater enixa. Plutarcho in nuptijs quinque faces præcise accendebantur, quia lumen procreationis signum est, & mulieres ad quinque plerumque pariunt. Quod respiciens Aristoteles vt plurimum contingere, mulierem scilicet non vltra quinos fætus vno vtero gestare, talem terminum gemellorũ numero præfigere potuit. Haud tamen absolute hunc egredi non posse putauit, siquidem Strabo ex Aristotele asserit quandam peperisse septem geminos. In Aegypto septenos vno vtero simul gigni, autor est Trogus. Francisci Pici testimonio Dorothea quædam gemino partu viginti liberos peperit, primo quidem nouem, altero autem vndecim. Prodidit Albucasis, Paræi obseruatione, mulierem septenis vno partu fetibus fuisse matrem; aliam vero, quam vis extrinsecus illata abortire coegit, quindecim membris omnib. integre descriptos fetus edidisse. Plinio extat etiam in monumentis Medicorum vno abortu duodecim puerperia egesta. Martinus Cromerus asserit in Cracouiensi agro Margaretam nobili, & antiqua familia ortam mulierem, Virboslai Comitis Vxorem vno peperisse partu sex & triginta viuos fætus vigesima die Ianuarij, Anno Domini MCCXCVI. Dalechampius in Plinium ex Alberto prodidit mulierem in Germania conformatis iam in vtero vigintiduorum infantium corpusculis abortum fecisse. Aliamque eiecisse in peluim embryonum auricularis digiti magnitudine septuaginta corpuscula; aliam

Libr. de mirab. *Lib. 7. c. 3.* *Quæstio. Rom. 2.* *Lib. 15.* *Libr. 24. c. 3.* *Libr. 7. c. 11.* *lib. 9. hist. Polo. pa. 164. in f.* *Libr. 7. c. 3. ann.* *Libr. 1. die. canic. colle. 3.*

rium matrem efficiat. *Mulieris partu gradatim numerosiores.* *Mulier semel vno partu quinos edidit fæt.* *Alia quater quinos.* *Aristot. cur asserit vltra quinos fetus vno vtero non gestari.* *Mulier septem geminos edidit.* *Alia nouem, et altero partu vndecim enixa.* *Alia quindecĩ fetus in vtero formauit integre.* *Alia duodecim puerperia vno abortu egessit.* *Alia vno partu triginta sex viuos edidit.* *Alia viginti duorũ abortũ passa est.* *Alia septuaginta.*

centum quinquaginta Fulgosio, Maiolo, Georgio Picto rio, & D. Godofredo, alijsque plurimis testimonium perhibentibus, Margareta Hollandiæ Comes vno partu tercentum sexaginta filios viuos peperit anno Domini MCCCXIV. Ex quibus historijs apparet seminis quamque particulam omnes in se habere portiones a singulis parentum membris delapsas; & inde regressu noscitur mirabiles istos partus veros, & naturales esse; ac pendere a seminis diuisione, vndecunque illam fieri contingat; refutatis illis vteri cellulis vulgo decantatis. Constat igitur seminis omnes particulas a membris singulis ad testes delatas actione quoque testium adeo commisceri, vt eius misti portiuncula quæuis participet de singulis portionibus seminis a quolibet corporis membro primam generationem ducentibus: atque adeo fieri obseruatione quoque Aristotelis vt quot in partes quauis de caussa semen in vterum proiectum diuidi contigerit (quod etiam de feminea semine, ac de menstruo sanguine statuendum est) vnaquauis illarum vnicum fætum constituere valente, totidem vno vtero conceptus simul organizentur: vt plurimum tamen vtero sese arctissime constringente, cellulisque omnino carente in vnam massam vtrumque semen cum menstruo sanguine coit; vnde rari gemini, rariores ad quinarium numerum fætus ascendunt, rarissime illum transgrediuntur; sed vnicus infans magna ex parte nascitur; Aristoteli enim ex vno semine, hoc est ex paterno spermate, femineoque semine, ac menstruo sanguine, quem semen non purum vocat Aristoteles, in vnam massam seminariam commisto vnicum viuentis corpus effingitur: non autem ex vno aut masculi solum, aut feminæ solius semine; vt perperam summo Præceptori adscribit Columbus vir alioqui doctissimus. Vbi autem sic omnes partes paterni seminis prima functione testium in vnam misti naturam coiuerint; illi iam in se habenti totius corporis, & singularum partium temperamentum integrum, atque adeo vltimam dispositionem ad animam nouam in se solo recipiendam, testes animæ propriæ beneficio cosimilem

Left margin notes:
Alia centum quinquaginta.
Alia viuos vno partu filiolos edidit tercentū sexaginta.
Singula pars seminis quantūuis minima vnū fætum constituere potest.
Vterus non habet cellulas.
Semen in vtero fætus tot constituit q in partes diuisum fuerit.
Cur vt plurimū fætus vnus pariatur.
Aristoteli vt ex vno semine vnus fiat fæt⁹.
Columbus male arguit Arist.
Semē vt a testibus animā acquirat.

Right margin notes:
1. philol. cap. 4.
l. 36. ff. de solut.
4. de gen. an. c. 5.
1. de gen. an. c. 20.
2. de gen. an. cap. 3.
12. de re anat.

lem

2. de gen. an. c. 3. lem animam impertiuntur, in semine generantes vegetalem, ac sensitricem, quæ partes esse possunt animæ humanæ, atque aduenturæ ab externo principio menti subiici, & copulari. Non generatur autem a testibus anima in semine priusquam totale vniuersi corporis temperamentum acquisiuerit ex partialibus constitutum; quia sicuti partes corporis diuisæ animari, ac viuificari nequeunt nisi prius in vnam totius hominis naturam conspirauerint, quam amittentes membra præcisa simul & animam exuunt, & vitam pristinam; ita particularum varia temperamenta semen ad animam subeundam probe disponere nequeunt, nisi prius in vnum totale vniuersi viuentis temperamentum coiuerint. Insuper vero anima, quæ in testibus est humana ex vegetali, sentiente, ac rationali constituta, in semine haud generat animam humanam pariter integram, sed illius animæ partes inferiores solum, tum quia rationalis anima, vt quæ forinsecus aduenens Aristoteli a materia non pendet, apta non est nisi ab immortali, & immateriali agente procreari, cuiusmodi est Diuina Mens; testes autem, ac omnino parentes homines corporei sunt, caduci, & materiales: tum quia semen etsi temperamentum habeat, quo ad subeundam animam vegetalem, & sensitricem disponitur, non tamen est quidpiam organizatum; quæ dispositio in corpore necessaria est ad animam intellectricem induendam. Ceterum mortales animæ partes in toto seminis masculei corpore a testibus productæ, quia in parte genituræ spirituosa tantum caloris inueniunt, quo possunt vti ad propagationem sobolis promouendam, non item in parte crassiori; propterea semina dicuntur Aristoteli fecunda fieri spiritu, & calore; parsque spirituosa seminis sortitur a testibus essentiam principalis agentis in generatione fætus, nimirum animam ex vegetali, & sentiente gradu constitutam; pars vero crassior eiusdem masculei seminis etsi eandem animam a testibus acquirit, eam tamen non recipit sub ratione principij actiui; siquidem anima illa non est actiua nisi per spiritus, & calorem

Quā acquirat.

Semen quando a testibus aīam acquirat.

In semine a testib. cur non generetur anima humana tota.

Mens non pendet ab agente corporeo;

Semen non habet vltimā dispositionem ad mentem.

Anima cur nō in singula parte seminis fecunda sit.

2. de gen. an. cap. 3.

Anima in qua parte seminis sit non vt principium actiuū.

Anima seminis quo actiua sit.

lorem determinati gradus; quibus portio seminis crassior carere conspicitur.

Quatuor virtutes specie inter se distinctas ad perfectam sobelis generationem necessarias in seminis parte spirituosa inesse, seu facultates animæ seminis. Cap. VII.

Fętus human⁹ varias habet partes multiplici ratione.
Vis actiua conceptus in qua parte seminis insit.
Facultates animæ seminis quatuor esse specie distinctas.
Fœtui constituẽdo quatuor operationes seminis necessarias esse.
Potentiæ aĩæ vnde distinguũtur ab inuicem.
Prima operatio seminis masculei quid sit.
Semen masculi vim habere animatricem menstrui.
Conceptio qua ratione fiat.
Semen feminæ animatũ esse.

QVoniam animalium fætus, ac speciatim humanus non solum vitam habet, sed etiam varijs constituitur membris distinctam figuram, diuersam substantiam, ac varium in eo corpore situm, locumque secundum naturam possidentibus; proinde pars spirituosa seminis, in qua residere visa est omnis virtus effectiua conceptus, & constitutiua perfectæ sobolis ex materia sibi subiecta, quatuor virtutes in se debet habere specie distinctas, quæ sint facultates illius animæ, quam in secundo exortu in testibus acquisiuit a masculo; ad quas virtutes attineat quatuor operationes efficere, quæ in constitutione perfecti conceptus subordinatim deinceps aliæ post alias effici debent: nouimus enim ex Aristotele potentias animæ ad varietatem specificam operationum ab eis prouenientium distingui. Et sane *2. de an. t. 33. & seq.* prima inter eas operatio masculei seminis vna est animatio, viuificatioque materni menstrui, ac omnino conceptio; tunc enim conceptio fit, quando seminis masculei presertim portio spirituosa menstruo sanguini sibi intra vterum coniuncto, & subdito animam communicauerit, illumque in viuentium serie collocauerit: Habet itaque masculeum semen in anima sua vim menstrui animatricem, ac viuificatricem. De qua quidem virtute spermatis virilis omnibus nota præclarum habemus ex Aristotele documentum alicubi asse- *2. de gen. an. c. 3.* uerante conceptum fieri vbi excrementum feminæ receperit a semine maris principium, quo animatum est: Porro in conceptione non semen feminæ, sed excrementum feminæ dicitur a masculeo spermate animam suscipere, quia semen feminæ prolificum existens Ari- *1. hist. c. 3.* stoteli animatum est; quod infra suo loco demonstrabi- *c. 13. 17. 18.* tur; at sanguis menstruus est ex se inanimis, qui necessa-

rio

rio in omni conceptione animatur: Animam autem recipere dicitur a semine maris, quia etsi animari queat æque a toto coniuncto ex masculei, & feminei seminis portionibus spirituosis; in ordinaria tamen, & recta conceptione potior vis animandi excrementum feminæ inest in semine maris: Addo etiam proinde conceptionem definiri esse quando a virili semine mulieris excrementum animam acceperit, quia si pars spirituosa masculeæ genituræ maxima virtute polleat, aliquando feminei seminis infecundi, ac fere inanimati defectum supplere potest, vniuersam vim animandi excrementum feminæ sibi vendicans. Vbi autem facta conceptione, tota moles ex paterno, maternoque semine, sanguineque menstruo animata fuerit; quum in ea massa, vt in misto, permistæ sint, atque confusæ sine ordine vllo portiones materiei, ex qua singula membra fœtus cōstitui debent; necessarium profecto est in anima seminis alteram inesse vim omnium proximarum materierum, ex quibus singulæ partes animalis seorsum constitui debent, separatricem; nempe quoniam ex alia materia cerebrum, ex alia cor, ex alia hepar, ex alia testes, ex alia neruos, ex alia renes, & ex alia membrum quoduis aliud formari necesse est; siquidem diuersa est harum singularum partium temperies, & natura; atque Aristoteleo monitu ad aliam formam semper alia est materia; & vniuscuiusque actus non nisi in propria vniuscuiusque materia natus est fieri; propterea simpliciter oportet in facto conceptu vi seminis actiua omnium istarum partium materias ab inuicem discerni; secus enim fieret neruus semiosseus, caro semineruea, cerebrum semicarneum, & id generis aliud mōstrosum membrum. Hæc autem virtus discretiua materierum in conceptu, ex quibus singula membra variæ naturæ seorsum constituenda sunt, residens potissimum in parte masculei seminis spirituosa, non solum agit in menstruum sanguinem, vt superior virtus animatiua; sed in totum compositum ex menstruo sanguine, & parte crassiori seminis cum feminei, tum quoque masculei operatur: quod pulchre nobis insinuauit Aristoteles inquiens *semen masculeum in vtero feminæ constituere,*

Menstruum est inanimum.

Cur dicatur potissimum animari a semine maris.

Semen maris potest supplere defectum feminei non fecundi.

Facta conceptione quid primum fieri oporteat a semine in cōceptu.

Secunda facultas aīæ seminis quæ sit.

Non ex eadem portione conceptus promiscue vnumquodque membrū fœtus constituitur.

2. phys. t. 26.

2. de an. t. 26.

Ad aliam formā alia materia.

Virtus discretiua partium heterogenearum conceptus inest in semine.

Secunda operatio seminis vt rōne materiæ a prima dissideat.

2. de gen. an. c. 3.

Semen virile ut seipsum moueat eodem motu, quo mouet excrementum feminæ.

ac mouere excrementum feminæ eodem motu, quo ipsum mouetur. Si ergo virilis genituræ virtus eodem motu discretionis heterogenearum partium, quo mouet menstruum feminæ, seipsum mouet, plane multo magis etiam semen muliebre mouet, parte sui spirituosa in totum menstruum, & crassiorem sui, ac feminei seminis portionem operante. Ast vbi masculei seminis halituosa portio materię omnis sibi subditæ partes varijs membris in fętu constituendis a natura destinatas prius inuicem confusas discreuerit, ac separauerit; Si fætus perfectus fieri debeat, necesse tertio loco est in semine illo spirituoso, seu potius in eius anima tertiam facultatem reperiri, quæ virtus ordinatrix existens discretas iam partes materiales variorum membrorum hominis suis quasque locis collocet, ac secundum debitum naturæ ordinem disponat, ne materia, ex qua oculi fieri debent, remaneat in pectore, vel pectine; atque ita de ceteris. Hæc itidem tertia virtus ordinatrix materierum proximarum, ac propriarum, ex quibus singula membra in fætu perfecto recte constituenda sunt, in spirituoso genituræ masculeæ corpore insidens, agit non solum in menstruum sanguinem, verum etiam in portionem vtriusque seminis crassiorem, ob rationem nuper allatam. Ad completam denique humani fætus organizationem, posteaquam tota massa ex vtroque semine, sanguineque menstruo constituta viuens, & animata fuerit, & in ea partes variorum membrorum constitutioni a natura dicatæ a seinuicem discretæ fuerint, ac debitis quæque locis ordinatæ, ac positæ; necessarium est illarum singulam induere figuram debitam a natura illi membro determinato, in cuius essentiam efformari debet: Quare oportet postremo loco in parte spirituosa masculei seminis animam inesse quarta virtute, ac facultate hac secundum speciem a tribus prioribus distincta pollentem; cuius facultatis intersit singulis embrij partibus antea discretis, & ordinatis, conuenientique sede repositis singulorum membrorum sibi destinatorum figuram, & effigiem suæ cuiusque naturæ debitam impertiri. Operatur autem quarta hæc genituræ mascu-

Tertia masculei seminis facultas, quæ sit.

In qua parte seminis resideat.

In quā materiā agat.

Quarta operatio masculei seminis.

Quarta seminis facultas.

vt operetur.

leæ facultas membrorum figuratrix non solum in menstruum sanguinem, vt animatrix in conceptione, sed in totam molem ex materno sanguine, ac vtriusq; seminis crassiori parte coagmentatam; quia non solus menstruus sanguis, sed etiam seminis vtriusque corpulentia crassior cedit in materiam membrorum conceptus, & est potentia partes humani corporis; totaque massa illa est materia proxima, & adæquata in potentia obtinens omnes partes corporeas totius animalis, actu vero nullam; quarum formam, figuramque adipiscitur actione spirituosæ suæ portionis; quod perspicuis verbis, vt nuper notabamus, docuit nos Aristotelis inquiens. *Semen autem, quum excrementum sit, eodemque moueatur motu, quo augetur corpus in digestione vltimi alimenti*, qui motus in tertia coctione nutrimenti singulorum membrorum est adeptio temperamenti consimilis temperamento partium, quarum nutricatui superabundat; semen inquit *vbi vterum subijt* a singulis membris primum, & nouissime a testibus effluxum, *constituit* primum conceptum, animans solum menstruum intra vterum sibi aggregatum, *& mouet excrementum feminæ vtrumque*, menstruum scilicet, ac feminei seminis partem crassiorem, *eodem motu* disgregationis heterogenearum materierum in eis compertarum, ordinationis earumdem, & figurationis membrorum; *quo* triplici motu & *ipsum mouetur* quoad sui partem crassiorem a spirituosa; *nam illud quoque*, menstruum nempe, ac femineum sperma *excrementum est* vltimi alimenti mutati, conuersique per nutricationem in substantiam membrorum feminei corporis; *habetque omnes partes potentia*, quarum similem temperaturam, quæ vltima est dispositio ad earum formam induendam, obtinuit in tertia coctione, *actu nullam*; quia nondum earum formam specialem adeptum fuit. Aristoteles itaque manifesto confitetur masculi semen cū excremento femineo in tribus conuenire, primum est, quod vtrumque est excrementum vltimi alimenti; secundum est, quod vtrumque mouetur eodem motu in constitutione conceptus; tertium est, quod vtrumque habet omnes viuentis partes consimiliter potentia, nul-

In quam materiam.

Materia totius conceptus humani adæquata.

2. de gen. an. c. 3.

Locus Aristot. explicatus.

Masculei seminis triplex conuenientia cum excremento feminæo, ex Arist.

Semen Aristot. vt esse principium fœtus, & materiale, & efficiens voluerit.

lam actu: Quare immerito Aristoteli plerique imponunt, quod absolute negauerit masculeo semini rationem principij passiui, ac materialis in generatione prolis; nam eius duplicem constituens esse partem, spirituosæ meram agendi rationem rectissime tribuit; crassiori vero puram fere patiendi potentiam adscribere non dubitauit. Ita ergo patet in masculei seminis halituosa substantia quatuor inesse virtutes, ac facultates animæ illius inter se specie distinctas; quarum prior est vis animatiua menstrui, siue constitutiua primi conceptus; secunda est discretiua partium materiei crassioris conceptus variorum membrorum constitutioni a natura destinatæ; tertia vis est earundem materiæ separatarum partium ordinatiua, seu collocatiua in locis debitis; quarta, & postrema est efformatiua, seu figuratiua singulorum membrorum humani corporis. Quarum virtutum prima illa viuificatrix, ac menstrui animatrix a paucis tacta est autoribus, posteriores tres a nemine inuicem distinctæ in vnam virtutem formatricem vulgo promiscue coniectæ sunt: Discretricis, & ordinatricis nullam videas apud eos, quorum intererat illas exacte posteris explicare, distinctam mentionem.

Virtutes quatuor seminis enumeratæ.

Qua ratione masculeum semen in vtero fetum integre constituens ex parte sua, sigillatim propositas virtutes omnes exerceat; & primo animatricem. Cap. VIII.

EX traditis aperienda iam nobis est vniuersa operatio masculei seminis absolutum in vtero fetum constituentis. Vbi ergo masculi semen in vterum feminæ proiectum fuerit, aut statim repertis ibi, aut paulo post ijs aliquandiu expectatis, femineo semini, & menstruo sanguini coniungitur ea ratione, qua vbique agens naturale ad materiam, in quam vires proprias exercere natum est, & ad instrumenta, & ad sibi cooperantia principia sponte

7. de hist. an. c. 3.

Semen maris qua ratione in vtero iungatur semini femineo & menstruo.

ſponte accurrere conſueuit; ſic enim vel obſeruatione Pliniana ignes nulla cognitione pollentes tranſiliunt protinus in naphtham vndecunque viſam; ita ferunt a Medea pellicem crematam, poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat, corona igne rapta. Et quoniam adæquata materia (vt Scholarum verbo vtar) in quam agere debet maſculeum ſemen, eſt non ſolus maternus ſanguis, nec ſemen femineum illi ſoli coniunctum, ſed conſtitutum quid ex materno ſanguine ad vterum fluxo, & feminei ſpermatis, maſculeique parte craſſiori: quando vnum agens vnicam functionem in vnā materiam vno tempore obire debet; propterea virile ſemen portioni ſuæ craſſiori cum menſtruum ſanguinem, tum muliebris genituræ partem corpulentiorem adiungit, vnam omnium maſſam conſtituens. Poſt hæc ſi femineum ſemen in maternis teſtibus animam acquiſiuerit, vtriuſque ſeminis vt duo corpora in vnam materiam apte coniunguntur; ita plane duæ materiales animæ in vnam animam nullo negotio coeūt; ſi enim ſentiens, & vegetalis anima vna numero actu exiſtens multiplex eſt poteſtate; atque fit actu multæ ad ſubiecti corporis partitionem, vt nos clare docuit Ariſtoteles; proculdubio multæ animæ ſenſitrices, ac vegetales, coeuntibus in vnum corporibus, quorum ſunt formæ, in vnam coniungi debent. Sed & in ortu hominis nonne Ariſtoteles aſſerit præexiſtenti vegetali in conceptu coniungi procedente tempore ſenſitricem, atque illis in vnam tertiam eſſentiam copulatis poſtremo loco mentem diuerſi generis aduenire, quæ cum ipſis vnicam animam humanam conſtituit? id etenim latiſſime demonſtratum a nobis eſt in opere *De ortu animæ humanæ*; quid ni ergo ex longe ſimilioribus animis genituræ maſculeæ, atque femineæ, iunctis ſeminum vtrorumque corporibus, animam vnicam in toto conceptu fieri dicamus? At vero compertiſſimum id habemus in arborum inſitione; qua conſtat ex anima trunci, & anima taleæ plerumque

Libr. 2a. 105. — *Horat. epod. 3.* — *2. de an. t. 30.* — *2. de gen. an. c. 3.*

Agens natura ſponte accurrit ad materiā, & ad inſtrumenta.

Ignis tranſilit in naphtham.

Medea vt pellicem cremauerit.

Materia, in quam maſculi ſemen agit, qd.

Vnum agens vnicam functionem in vnica materia vno tēpore agit.

Duæ animæ variorum ſeminū vt in vnam coeant.

Anima vna actu q̄ ſit multa potentia, & quomodo fiat actu multæ.

Anima humana vna & ex pluribus coagmentata.

Animas diuerſæ ſpeciei in ſtirpibus per inſitionem in vnā coire.

que diuersæ speciei, coniunctis corporibus, tertiam animam consurgere omnium illarum in se facultates habentem: Neque enim arbor vna in se multas insitiones gerens plures vna potest animas obtinere; sed vnam totalem habebit omnibus partialium facultatibus præditam. Si ergo femineum semen etiam sit animatum, ex vtriusque seminis anima duplici, eorum corporibus coniunctis, vna totalis anima consurgere dicenda est; in qua vt plurimum, ac secundum ordinarium naturæ cursum pars animæ masculeæ femineæ prædominatur; quemadmodum anima insitæ taleæ prædominari consueuit animæ trunci; quod fructus indicant naturam taleæ, non trunci, præseferentes. Anima vero hæc vtriusque seminis vna sanguini menstruo illis coniuncto communicatur eo fere modo, quo a parte, quæ alitur, nutrimento communicatur anima in membro præexistens; fere inquam, quia nutrimentum vertitur in naturam partis enutritæ dum illius animam induit; at menstruus sanguis dum subit animam, seminis non vertitur in semen, sed suam retinens essentiam semini commistum, eius animam subit, ad quam substantialem obtinet habitudinem, ac vltimam dispositionem. Huiusmodi autem functio Aristotelis decreto fit ea ratione, vt totum vtriusque seminis aggregatum menstruo sanguini rudi primum communicet partem suæ animæ vegetatricem; namque inanimatus existens aptus non est, cui nobilior anima sentiens protinus adiungatur, potissimum a natura non saltuatim, sed in pangendis rebus gradatim ab extremo per medium ad alterum extremum semper progrediente: Immo vero quia vegetalis animæ in semine existentis pars feminea ignobilior est quam portio vegetalis spermaria masculo genita; quum in materia nobiliori semper insit forma nobilior; propterea menstruum animam vegetalem a matre nancisci dicitur ab Aristotele: sed quia semen masculeum est præcipuum agens, quod gubernat, & impellit femineum in ea functione, ceu architectonicus administrum; ideo eidem conceptus fieri dicitur quando excrementum feminæ susceperit a semine maris principium, quo animatum

Anima insitæ arboris qualis sit.

Anima insitæ taleæ dominatur aīæ trunci.

Anima seminis quomodo cōmunicetur sanguini mēstruo.

Menstruū recipiens formam substantialem seminis nō vertitur in semen.

Semen sanguini mēstruo primum communicat partem animæ suæ vegetalem.

Natura gradatim procedit, non saltuatim.

Anima vegetalis feminea ignobilior masculea.

In materia nobiliori est forma nobilior.

Menstruū vegetalem animā a matre recipit.

Quā tamen illi exhibet masculū semen.

2. de gen. an. c. 3. et 4.

2. phys. t. 26.

2. de gen. an. c. 4.

2 de gen. an. c. 3.

matum.

matum est; id autem est portio vegetalis animæ a matre primum in suo semine genitæ: sic sane dum magister prehensa manu discipuli calamum habente scribit, papyrus in se a magistro recipit litteras a discipuli calamo efformatas. Nisi potius more suo actiones a fine, atque a nobiliori forma definiens Aristoteles in constitutione conceptus humani respexerit adeptionem animæ sensitricis, quam procedente tempore in menstruum multo post vegetalē recipi, & a patre, siue a paterno semine veluti ab agente primario, cui femineum tantummodo cooperetur; dum asserit conceptum fieri vbi excrementum feminæ receperit a semine maris principium quo animatum est. Neque vero mirum sit vlli semen in se habens vegetalem, & sentientem animam in vnam iunctas, menstruo sibi copulato primis diebus conceptus comunicare solam animæ suæ partem vegetalem, non communicata sensitrice (quicquid alibi Iuniores constituerimus) quia & homo ipse animam ex vegetali, sentiente, ac rationali constitutam obtinens genituræ suæ in testibus non totam, sed animæ suæ partes vegetalem, & sentientem communicat, non communicato intellectu; quod nuper vidimus ex Aristotele; & menstruus ille sanguis inanimatus aptus non est, qui prima vice sensitiuam hominis animam induat; siquidem quæ recipiuntur materiam sibi dispositam postulant formæ omnes; sentiens vero anima in materia requirit præexistentem vegetalem, sine qua illi solitariæ iungi non potest. Sin autem femineum semen in testibus mulieris aut solam vegetalem, aut nullam animam acquisiuerit, id iunctum semini masculeo ab eo illam sibi comparat, & vna cum menstruo sanguine animatur; ac tunc vere conceptio fit quando a semine maris vtrumque excrementum feminæ receperit principium, quo animatum est. Hæc autem animatio feminei excrementi a masculeo semine haudquaquam fit ministerio caloris; quando quidem excrementum feminæ in vltima dispositione ad animam ponitur; & semen virile ad producendam, constituendamue substantiam viuentem non debet vllo accidente vti; siquidem substantia nul-

Marginal notes (left): 2. de an. t. 49. — 2. de gen. an. c. 3. — 2. de gen. an. c. 4. — De art. an. hu. — Cap. 6. — 2. de gen. an. c. 3.

Marginal notes (right):
Actiones a fine definiendæ.
Femineum semen masculeo cooperatur.
Semen primum menstruo animæ suæ partem vegetalē communicare potest, non communicata sensitrice.
Formæ omnes requirunt materiam dispositam
Semen feminæ si fuerit inanimū, aīari potest a masculeo.
Conceptio, siue aīatio feminei excrementi a semine maris nō fit ministerio vllo caloris.

Substantia nulla in esse dependet ab accidente.

Accidens inseruit disponendæ materiæ, non formæ substantiali communicandæ.

nulla in esse ab accidente dependere potest: licet enim agens plerumque ad materiam disponendam accidentium opera, ministerioque vtatur; ad inducendam tamen, procreandamue formam substantialem in materiam dispositam nullo accidentium indiget famulatu. Sed hac de re fusius agimus in opere *De spontaneo Viuentium ortu*, quod propediem summo Deo bene fauente inuulgabimus.

Quo pacto virile semen secundam animæ suæ facultatem discretricem heterogenearum partium fœtus exerceat.

Cap. IX.

Secunda operatio seminis in conceptu quæ sit.

Fit ministerio caloris.

Caloris munera.

PEracta prima parte animationis menstrui, ac iam facto primo conceptu, atque omnino statim a paterno semine materno sanguini communicata vegetali anima, priusquam eidem sentiens ab eodem impertiatur, incipit pars halituosa vtriusque seminis, virili duce, comite feminea virtute illi coniuncta, caloris vtens ministerio in massa illa rudi conceptæ materiæ partes heterogeneas, diuersam naturam, dissimileque temperamentum obtinentes, simul tamen confusas, atque permistas ab inuicem seiungere, discernereque sigillatim eam materiam, ex qua fieri debet cerebrum ab ea, quæ habet vltimam propensionem ad induendam naturam cordis; & hanc ab illa, quæ disposita est ad constituendos testes; & perseuerat disgregans semper quousque separauerit omnes partes materiei diuersorum membrorum temperamenta obtinentes, simul congregando similes naturas; nam caloris, quo in hoc munere obeundo ceu instrumento vtitur, proprium munus est ex intima illius natura deductum ab Aristotele, heterogenea disgregare, ac vicissim homogenea congregare. 2. de gen. t 8.
In hac vero functione segregandi agens adæquatum est halituosa pars masculei seminis, cui cooperatur, si pla-

cet, spirituosa feminei; patiens vero adæquatum est corpulentia consurgens ex mistione menstrui sanguinis cum parte crassiori vtriusque seminis. Illud autem hac in re obseruamus huiusmodi partium fætus discretionem non esse tantam vt conceptui vnitatem ac integritatem adimat, continuitatemue; sed in eo continuo, integro, atque vno permanente virtus virilis seminis heterogeneas partes ab inuicem discernit, non secus atque vulgo spectamus in eodem vase oleum & aquam prius multa concussione in vnum commista, deinde hac subsidente ob grauitatem, & eo ascendente, ab inuicem seiungi, non disrupta totius compositi continuitate: sic etiam vidimus a chimico in vitreo vase conclusa sub liquoris, vaporisque forma elementa quatuor ab inuicem discreta totius compositi ex illis vnitate, integritate, & continuitate illæsa.

Segregationis partium conceptus agens adæquatum.

Patiens.

Non tollit vnitatem concept⁹ segregatio partium dicta.

Vt genitura masculi animæ suæ tertiam facultatem collocatricem partium materialium fœtus in locis oportunis exerceat.

Cap. X.

DIscretis iam partibus materiei conceptus, quę variorum membrorum constitutioni dicatæ sunt a natura, tertiam masculei seminis anima suam facultatem ordinatricem ad actum promouet, collocando separatas illas portiones materiæ fætus in locis oportunis; nempe virilis genituræ spirituosa substantia, non amplius vsa caloris ministerio; quippe calor vim ordinandi non habet vllam; sed pura vi animæ suæ partes materiales conceptus, ex quibus omnia in eo membra efformari debent, ab inuicem seiunctas, quantum vnitas embrij patitur, rectissime disponit iuxta ordinem consentaneum, debitumque naturæ membrorum, suis quasque locis aptans; materiam scilicet, ex qua cerebrum fieri debet, in supremæ regionis intimo collocans; prope illam extrinsecus materiam oculorum; circa illam materiam

Tertia facultas & operatio masculei seminis, quæ sit, & vt fiat.

Illi calor non deseruit.

etiam cranei, sub illa materiam cordis, circa quam materiam pulmonum, & ita de singulis alijs partibus, adeo vt vnaquæque portio corpulentior, & crassior embryonis ex vtroque semine, menstruoque sanguine constituti collocetur in ea regione, vbi formanda est pars in fætu consimilis illi membro parentum, cuius nutricationi superabundauit: Semen enim vt in prima sua origine a singulis parentum membris decessit, sic in fætus constitutione ad singulas partes sobolis accedit proportione respondentes; quod etiam fortasse docuit alicubi Aristoteles inquiens, *Item semen excrementum esse vltimi alimenti positum est; vltimum autem id intelligi volo, quod in vnamquamque partem feratur; quamobrem quod generatum est simile ei, quod generauit, est. Nihil enim refert ab vnaquaque parte proficiscatur, an ad vnamquamque accedat; sed rectius ita.* licet enim reipsa semen & ab vnaquaque parte parentum proficiscatur in sui primo exortu excrementum vltimo superabundans nutricatui singulorũ membrorum parentis, & ad vnamquamque partem filiorum accedat, dum in vtero embrij constitutionem promouet; vnde colligitur caussa similitudinis filiorum cum parentibus in parte corporis determinata; & nihil tertio loco referat vtrumque hoc de semine statuere; melius tamen est dicere semen parentis ad vnamquamque partem filij in conceptu constituendam accedere, quam ab vnaquaque parte corporis paterni proficisci; cuius rei alibi rationem nos edocuit asseuerans id, quod ex parente prouenit, non vt semen, sed vt illius fructum proficisci; semen autem dici proprie id, ex quo proles gignitur; quare attributa seminis, qua semen est, illi conueniunt in relatione ad viuens generandum; non autem in habitudine ad generans. Ex hoc loco Aristotelis nuper allato sat cuique constare potest quantum ab eius mente aberrent, quicunque non pauci; nec incelebres viri eum statuunt absolute negare seminis prouentum ab vnaquaque parte corporis parentum; quum hic aperte Aristoteles in eo quod est semen ab vnaquaque parte corporis parentum prouenire, ad quam sub alimenti specie accesserat, sitam esse

Vide supra c. 2. 3. 4. 5. & infra c. 11. 14.

Semen Aristo. ait ab vnaquaque parte parẽtum prouenire.

4. de gen. an. c. 1.

Caussa similitudinis filiorũ erga parẽtes quæ sit Arist.

Semen cur melius dicatur ad vnamquamq; partẽ corporis filiorum accedere, quã ab vnaquaque parentum recedere.

1. de gen. an. c. 18.

Ex parente quod prodit fructus est.

Semen refertur ad generãdum, non ad generans.

4. de gen. an. c. 1.

dicat

dicat caussam similitudinis filiorum erga parentes.

Propositarum nouissime functionum seminis necessitas ostenditur; & non posse ex quacunque parte menstrui vel seminis quodcunq; membrum fœtus exoriri. Cap. XI.

PROPOSITAS autem nouissime duas functiones seminis in conceptu separantis partes materiales diuersis membris constituendis idoneas, & collocantis suis quasque sedibus ordine membrorum structuræ consentaneo, necessarias esse; nec posse ex quacunque menstrui, vel crassioris seminis seu masculei, seu feminei portione quodcunque membrorum indifferenter constitui; sed alia membra ex alia materiæ parte in embryo generari, præter allata superius argumenta non vnum est quod doceat: in primis enim recte Medici omnes asserunt cum eorum principe Galeno partes humani corporis albas ex semine, rubras autem omnes ex menstruo sanguine constitui. Deinde vel in Timæo Plato apertissime decernit ossa fieri ex terrestriori parte seminis. Deinceps non est vt repetamus ex Aristotele materiam seminis, & sanguinis menstrui proficisci ab omnibus membris parentis, & accedere cum eadem proportione ad singulas partes consimiles in fætu constituendas. Denique vero nos addimus nullum vnquam monstrum, neque deficiens, neque excedens, neque disforme partibus transpositis factum iri, si ex quacunque menstrui, vel seminis portione quodlibet membrum in fætu promiscue procreari valeret; non autem determinata pars menstrui, ac seminis determinatum membrum conceptus constituere solummodo deberet: nam cur monstrum natura constituit duorum capitum? nonne secundo capiti temere datam materiam per vniuersum corpus embrij distribuere poterat, sine vitio illud grandiusculum efficiens? Immo vero cur aliquando natura monstrum biceps procreauit carens altero brachio? non ne secundum brachium efformare valebat ex ea materia, quam turpiter insum-

Non ex quacunque seminis, aut menstrui parte fieri posse quodcunque mebrū.

Partes ex semine genitæ albæ sunt, ex sanguine rubræ.

Ossa fieri ex terrestriori parte seminis.

Ratio demonstrans non posse ex quacunq; seminis, aut menstrui parte fieri promiscue quodcunq; membrū.

Cap. 2. 3. 4. 5. 10.

2. de gen. an. c. 3. 4 de gen. an. c. 1.

psit in secundi capitis generationem? cur item trimanum genuit infantem? non ne tertiæ manus materiam per totum corpus puelli dispergere poterat eo insensibiliter aucto? cur manu captum, aut naso carentem puerum produxit? non ne de toto corpore parum materiæ sibi corradere quiuit ad manus, & nasi constitutionem? cur demum natura monstrum efformauit oculos habens in pectore, vel manum in ceruice, vel mentulam in vertice, vt in Tractatu *de Monstris* aliquando contigisse demonstrauimus? non ne poterat natura membra suis locis ex quacunque data sibi materia procreare? Natura enim quum sit vniuersis caussa ordinis, ac nihil vnquam temere faciat, excrementis vel ipsis commode abutatur, semperque faciat de possibilibus id, quod melius est Aristotele autore non paucis in locis; quumq; infitiante nemine longe melius sit fieri prolem perfectã quam monstrosam; necessarium iam est confiteri ortum fuisse puellum bicipitem altero carentem brachio, quia ex ea materia, ex qua secundum caput effectum est, alterum brachium effici non poterat; & puerum trimanum genitum fuisse, quia materia, ex qua tertia manus effecta est, nulli alteri membro constituendo apta fuit: & alias procreatum fuisse monstrum sine manibus, aut brachijs, quia in conceptum a parentum corpore non defluxit ea materia determinate, quæ in eorum membrorum constitutionem concedere nata erat; ac demum natum fuisse monstrum partibus transpositis, quia vitio virtutis discretricis in loco debito non erat materia illarum partium constructioni oportuna, sed in alieno, semper autem res fieri vt aptæ natæ sunt fieri, & ita natas esse fieri, vt reipsa fiunt, docet Aristoteles. Necessariæ itaque sunt fetui recte constituendo duæ illæ virtutes seminalis animæ, quarum altera separet ab inuicem partes materiales embrij variorum membrorum constitutioni dicatas, & altera easdem rite ordinet collocans quasque in locis oportunis.

Natura caussa ordinis vniuersis.
Nil temere agit.
Commode abutitur excrementis.
Facit de possibilibus quod meliꝰ est.
Cur oritur puellus biceps carẽs altero brachio.
Monstrosi partus caussa.
Res fiunt semp. vt aptæ sunt fieri, & vicissim.
Necessariã semini esse vim discretricem, et ordinatricẽ partium materiæ conceptus.

8. phys. t. 15.
1. cęl. t. 32.
3. de par. c. 2. & 4. de part. c. 2.
2. de par. c. 14.
4. de par. c. 10.
De anim. incess. cap. 10.
1. de gen. an. c. 4.
2. phys. t. t. 78.

Quo

Quo pacto masculeum semen quartæ facultatis animæ sua vires exerceat membra fœtus efformans; quam partem primo effingat: & vt se habeant ad inuicem quatuor prædictæ seminis virtutes in tempore operandi.

Cap. XII.

VBI autem seminis masculei portio spirituosa communicando animam excremento feminæ conceptum fecerit; atque in eo partes singulorum membrorum constitutioni aptas primum discreuerit; & discretas aptis quasque locis secundum rectum, ac debitum structuræ corporis animati ordinem collocauerit; postremo loco anima seminis quarta sui facultate formatrice vtens debet singulis illis materiæ partibus seorsum determinate illorum membrorum figuram impertiri, ad quam, ob consimilis temperamenti participationem, essentialem habent habitudinem, & proximam, ac vltimam dispositionem. In qua quidem functione configurationis obeunda seminis virilis anima & vtitur calore, ac spiritibus velut instrumentis attenuando, dilatando, attollendo, aliaque munera caloris pro rei oportunitate dirigendo; & operatur non solum circa menstruum sanguinem, ex quo constituit cor, hepar, pulmones, lienem, renes, musculos quosque, labia, glandem, ac vno verbo cuncta membra rubentia; verum etiam circa seminis cum feminei, tum quoque masculei partem crassiorem, ex qua efformat cerebrum, neruos, ossa, membranas, & omnia membra candida; quæ proinde a Medicis vulgo spermatica nuncupantur. Prædictæ vero quatuor functiones seminis non sunt ita subordinatæ, ac tempore inter se distinctæ, vt prima tota penitus absoluatur prius quam incipiat obiri secūda, quæ vniuersa compleri debeat anteaquam tertia fieri incipiat, & ita de ceteris; sed adeo connexæ sunt inuicem secundum tempus cum essentiali discrimine, ac subordinatione inter se, vt semper posterior virtus incipiat operari quando prior dimidium suæ functionis absoluerit; nam vbi vis animatrix menstruo sanguini vegetalem animam communicauerit, antequam sensitricem

Quarta facultas seminis quæ sit, & quando operetur.

Configuratio membrorū fit ministerio caloris.

Ex menstruo q̄ membra fiant.

Ex semine vtroque membra q̄ constituta.

Spermaticæ partes quæ & cur appellatæ.

Seminis quatuor functiones vt inuicem subordinentur.

Quādo incipiat seminis virtus disgregatrix operari. *Quando vis ordinatrix partiū* *Quando formatrix membrorum.* *Cor primum omnium membrorum fieri, et ante iecur.* *A corde calor vitalis.* *Hepar soli nutricationi consulit.* *Vita viuentib. esse est.* *Vita praecedit nutricatum.* *Omne prius est id, quod est, deinde operatur id, quod potest.* *Fetum in vtero anima sua viuere, non materna.* *Alitur fetus materno sanguine.* *Viuens posse nutricationem diu intermittere.* *Cor statim effor matum non enutriri.*

illi exhibeat, virtus discretrix incipit in conceptu partes heterogeneas varijs membris dicatas separare; & vbi hæc secunda virtus in embrio separauerit materias principalium membrorum, anteaquam minus præcipuas partes disterminet, incipit vis ordinatrix discretas partes præcipuas ad sua quasque loca deferre; ac vbi hæc tertia virtus materiam principalium membrorum oportunis a sedibus collocauerit, ante quam materiam ignobiliorum partium ordinet, incipit quarta virtus formatrix membra principalia efformare, initio sumpto Medicis ab Hepate, Aristoteli vero a Corde; cui assentiendum esse ratio suadet; si quidem vel Medicis membra omnia corde indigent ad hoc vt viuant; quippe ab eo in vniuersum corpus influit calor vitalis ideo nuncupatus, quia sine illo viui non potest; at hepar non est alijs nisi ad nutricationem necessarium; quum autem vita, vt quæ viuentibus esse est, omnem vitæ operationem, atque adeo nutricationem præcedat; namque res omnis prius est id quod est, deinde operatur id quodcunque potest; viuensque prius viuit, deinde vitæ obit munera; proinde necessarium est in fœtu cor ante iecur efformari. Addo fœtum, & conceptum in vtero viuere beneficio animæ propriæ a materna distinctæ; & ali sanguine materno in parentis iecore genito, in placenta iterum elaborato, adeo vt non oporteat ipsum tertio in iecore fœtus concoqui ad hoc vt aptus sit eius cordi enutriendo; sed cor fœtus genitum sanguinis a matre attracti puriore parte nutriri potest commode absque eo quod in hepate conceptus ea iterum concoquatur. Sed non oportere viuens subcæleste semper ali, posseque ad multum tempus incolumi vita nutricationis actum intermittere fusius ostendimus in libris *De his, qui diu sine alimento viuunt*. At speciatim Cor statim constitutum in embrio non ali prius quam debitam consistentiam, sensibilemque

2. de an. t. 36. 37.

que soliditatem acquisiuerit post aliquot dies, verisimile est: Ne huc plures rationes congeram alibi de proposito referrendas. A Corde igitur vis formatiua seminis inchoat fætus organizationem. Qua tempore quadraginta dierum, vel circiter absoluta, postremo loco fætui plene organizato extrinsecus aduenit rationalis anima nullo seminis opere, nulloque parentum ministerio; quorum actione prius iam discretis, & ordinatis partibus conceptus, nondum tamen vllo membro formato, sed in ipsa prima cordis formatione communicata fuit menstruo sanguini a femine sentiens anima; nam cor, aut hepar, aut alia pars vlla esse non potest sine anima, eaque sensitrice Aristotelis obseruatione. Atque ista de masculeo semine dicta sint satis.

Rationalis ãia fętui quãdo adueniat.

Non pendet a parentibus.

Ut sensitrix.

Quæ statim ab initio formationis a semine mẽstruo inditur.

2. de gen. an. c. 4.

Sine sensitrice ãia nulla pars est.

Muliebre semen distinctum a menstruo sanguine notum fuisse Aristoteli.

Cap. XIII.

ETSI comparanti femineam naturam generatim cum masculeo sexu in procreatione sobolis Aristoteli mas solus semen habere alicubi dicatur, non item femina; quia feminæ semen vt plurimum sit temperatura frigidius, ac viribus imbecillius; absolute tamen in generatione prolis vltra menstruum sanguinem a muliere proprium semen emitti, idemque prolificum, & fecundum non semel aperte confitetur summus Philosophus: quod non latuit Auicennam post Græcos seniores medicorum non vna ratione Principem. Et reuera in Historijs animalium Aristoteles apertissimis verbis asserit feminam emittere semen prolificum in

1. de gen. an. c. 19. & 20.

Femina qua ratione semen nõ habere dicatur ab Arist.

l. 3. f. 21. tr. 3. c. 1. & l. 3. f. 20. tr. 1. c. 3. & 15. de na. ani. c. 1. lib. 1. c. 3.

Mulier habet semen prolificũ a menstruo distinctum Arist.

femina in feminis ratione quo differat a masculo.

se, & ideo a masculo differre, quod semen prolificum emittit in alterum: Quare feminæ, ac masculo semen tribuit Aristoteles eiusdem generis, nempe prolificum: Menstruum vero nec absolute semen dicitur vnquam Aristoteli, sed semen non purum aliquando; nec prolificum; si quidem quod prolem quouis modo facere potest, id in generatione obtinet vim principij actiui; quum sanguis menstruus meram obtineat patiendi potentiam, nullam agendi facultatem. Deinde vero alibi Aristoteles apertissime feminis genitale semen, in quo sit virtus effectiua conceptus, vt masculis attribuit multiplici theoremate; quæ sigillatim nobis explicanda sunt; ait igitur in primis, *Nunc de animalium generatione differendum est; prout cuique ratio competit, deducenda ex ijs, quæ dicta iam sunt*; nempe sibi proponit agendum de propria ratione, qua mas, & femina generationem promouent. *Generationis enim principia, vt retulimus, illa potissimum quis statuerit, marem, & feminam*; quibus proinde vtrisque conuenit ratio agendi; nam principij nomen effectrici caussæ ad aliarum omnium discrimen tribui consueuit ab Aristotele; at diuersa ratione, quam statim explicare aggreditur subdens *marem, vt quod motus, & generationis originem teneat; feminam, vt quod materiæ.* masculus enim efficiens caussa est, quia est animal semen solum conferens, in quo potissimum inest facultas effectiua; nam etsi sperma illius duplici parte constet, spirituosa, & crassa; quarum illa in generatione principium est effectiuum; hæc autem passiuum; tamen quia consueuit Aristoteles omnia determinare a nobiliori parte; quum illi honorabilius sit agens patiente, & principium materia; merito sanxit marem esse id animal, quod tenet originem motus, generationis, ac omnino vnde est principium primum procreationis; potissimum vero ipsum considerans in comparatione ad feminam; quam generationem promouere asserit, vt animal, quod teneat in se originem materiæ, tum quia sanguinem menstruum, & semen confert; quorum illud est mere materia fætus, hoc autem ratione suæ partis crassioris materia est item; licet in eo spirituo-

menstruo nō cōpetit ratio principij actiui.

femineo semini tribuit Aristoteles vim effectiuam

principiū proprie est caussa efficiens.

femina & mas vt ratione sola differant.

agens patiente honorabilius.

femina cur dicatur ad maris differentiam darē materiā fætus.

1. de gen. an. cap. 20. — 2. de gen. an. cap. 3. — 1. de gen. an. c. 2. — 2. phys. t. 28. 29. — 3. de an. t. 19. — 2. de an. t. 49. — 3. de an. t. 19.

sa

ſa pars facultatem habet agendi; at longe debiliorem quam maſculea; tum quia in relatione ad maſculum materiam plurimam, & virtutem effectricem minimam in generatione affert: hoc autem feminæ non aufert rationem principij actiui; nam Ariſtoteli artes aliquæ materiam faciunt; quum tamen omnes principij effectiui rationem habeant, nullæ paſſiui. ſed apertius in hac re addit Præceptor admirandus, *Quam rem ita eſſe potiſſimum credes ſi quemadmodum, vndeque ſemen genitale fiat, intellexeris; ex hoc enim, quæ natura oriuntur conſiſtunt; id autem quemadmodum ex mare, ac femina prodeat, nequaquam latere oportet; quod enim ea pars de femina, mareque ſecernitur, & ijs, atque ex ijs hæc ſecretiò fit, ideo mas, & femina principium conferunt generationis:* liquido hinc apparet Ariſtoteli feminam conferre ſemen genitale, vt mas; idque eſſe principium generationis, vt maſculeum; ac proinde habere non ſolum rationem materiæ, vt menſtrua, ſed etiam effectricis cauſſæ; diſcrimen eſſe ſolum, quod mas ex ſeipſo extra ſe genitale ſemen emittit, femina vero in ſeipſam; quod protinus explicat idem autor ſubiungens; *marem namque id animal dicimus, quod in alio gignit; feminam, quod in ſeipſo:* at generare ſiue in ſe, ſiue in alio, eſt efficere, non pati; & in animalibus perfectis nõ fit niſi merito ſeminis genitalis vim aliquã effectiuam habentis, quæ nulla menſtruo ineſt; quare Ariſtoteli notum eſt feminas præter menſtrua obtinere ſemen genitale: quamuis enim femina terram in eo æmuletur, quod eſt id, in quo viuens generatur; ab ea tamen diſſidet, quia terra nihil ſtirpium generationi affert, quod ſit principium actiuum. Addit Ariſtoteles, *Mas autem, & femina inter ſe differunt ratione, quod facultas vtriuſque diuerſa eſt: ſenſu autem partibus quibuſdam diſcrepant.* Quibus aperte conſtat feminam illi habere facultatem generandi ſola ratione diſtinctam a facultate maris; at partes aliquas etiam ſenſu diuerſas: porro facultas generandi actiua eſt, atque in ſemine ſolo; ſanguis enim menſtruus non habet facultatem vllam generationi conferentem, ſed ſola ſui corpulentia, ceu materia generationi confert; quare femina præter men-

ſtruum

artes materiam faciunt.

2. phyſ. t. 24.

Generare eſt agere, non pati.

Femina in generanda prole a terra diſſidet.

Femina facultatẽ habet generãdi actiuam Ariſt. ſola ratione diſtinctã a maſculea.

Menſtruum vt generationi deſeruiat.

Menstruum vt generationi deseruiat.

Aristoteli habet genitale semen sola ratione distinctum a semine maris, ceterum eandem facultatem obtinens; quod illico explicat addens, *Rationis discrimen ita exultat, vt mas sit quod in altero generare potest; vt dictum est; femina, quod in seipso, & ex quo fit quod generatur, contentum in eo quod generat:* nempe mas habet semen, quod generat in corpore alieno; etsi enim masculeæ genituræ portio cedat in materiam fetus; tamen quia præcipuam obtinet rationem agendi, vnicum hoc attributum masculo tribuit Aristoteles, quod possit generare in altero cõferens ad generationem principium potissimum actiuũ, & partem aliquam passiui: at feminæ duo attributa tribuit; vnum vt ratione seminis sui genitalis possit generare in seipsa; alterum vt ratione tum partis crassioris suæ genituræ, quæ spirituosam superat; tum maxime ratione menstrui sit id ex quo fit animal quod generatur, contentum in ipsa femina; quæ ratione partis spirituosæ sui seminis vim habet effectiuam, licet imbecilliorem masculea; subdit Aristoteles inquiens, *Sed quum facultate, & munere quodam hæc distinguantur; ad omnem autem efficii functionem instrumento opus sit; instrumentaque facultatibus partes corporis accommodentur; ad procreationem quoque, & coitum partes aliquas esse accommodatas necesse est; easque inter se diuersas, quibus mas a femina differat.* His clare tribuens Aristoteles feminę facultatem in procreatione sobolis instrumento corporeo vtentem ad munus suum obeundum, quum facultas organo vtens sit actiua; iam constat Aristoteli feminas habere vim effectricem fetus primariam; sed ea non in sanguine menstruo residet, qui pura est conceptus materia; verum in semine prolifico; id ergo nouit Aristoteles feminis inesse: Quod apertissime mox decernit addens, *Nam etsi de toto animali mas, aut femina dicitur; tamen non quauis sui parte, potentiaque idem mas; aut femina est; sed certa quadam virtute, siue potentia, & parte; sicut & vim cernendi, gradiendique obtinet, vt sensu patet.* nempe femina in procreatione sobolis si certa quadam tum virtute, siue potentia; tum etiã parte a mare distinguitur, ac in esse feminę constituitur, & generationem promouet; quando virtus generati-

Femina duo attributa in generatione.

Femina obtinet instrumenta generationis.

Facultas omnis organo vtens ad operandum est actiua.

ua

na, & potentia vtens corporeo instrumento ad operandum in constitutione fętus necessario actiua est, atque adeo in semine, non autem in menstruo sanguine; constat aperte feminam præter menstrua obtinere semen: quo a masculo femina dissidet, quia in masculeo semine facultas actiua in parte spirituali potior, & euidentior est, quam potentia passiua in parte crassiori; atque adeo virtus masculei seminis comparatur virtuti gradiendi; animal enim gradiens mouetur a seipso habens vna vim agendi, & patiendi; sed virtus actiua euidentior est, & passiuæ prædominatur: ex aduerso in femineo semine facultas actiua languidior est, & occultior in parte halituosa; potentia passiua maior, & euidentior in crassa; vnde scite virtus feminei seminis assimilatur virtuti cernendi oculorum, in quibus longe manifestior est passio receptionis imaginum ab obiecto, quã actio iudicij. Ac demum subnectit Aristoteles *Partes vero eiusmodi sunt femina, vteri, & vuluæ; maris testes, & coles.* non meminit autem femineorum testium, quia nunc agit de discrimine partium, quod sensu percipitur; at feminarum testes intus in abdomine reconditi sensus latent: Nisi dicamus eo quia feminarum testes vtero fere alligati sint, veluti partes vteri, eos vteri nomine comprehendisse; quum masculi testes ex se conspicui nullius membri nobilioris partes appareant.

Femina vt in generanda prole differat a mare.

Vis masculei seminis est vt virtus gradiendi Arist.

Vis feminei seminis cur assimiletur ab Aristotele virtuti visiuæ.

Femineorũ testium cur non meminerit Arist.

1. de gen. an. c. 19. Quod autẽ feminis Aristoteles semen interdixerit, id eo sensu etiam accipiendum esse monet, ne quis cum vulgo arbitretur feminam in procreatione sobolis purum semen citra menstruum sanguinem conferre; quod semen cum masculeo iũctum prolem sine sanguinis interuentu generet; vt apertissime indicant hæc illius verba, *Indicio autem est non tale semen a femina emitti, quale a mare; nec amborum mistura generari, vt aliqui volunt; quod sæpenumero feminæ concipiant sine ea, quę per coitum fit, voluptate: rursusque cum ea ipsa voluptate, parique concursu profusionis vtriusque, nihilo magis concipitur, nisi menstruorum humor sit modice temperatus.* constat igitur Aristotelem negare feminas in generatione adhibere semen

Feminis vt semen interdixerit Arist.

 solum,

solum vt mores; quod aliqui sua tempestate opinabantur, non arbitrantes menstruum sanguinem procreandæ soboli necessarium esse: non autem absolute feminis interdicere semen; sed solum tale, quale dat maribus; nempe quia maribus semen actuosius, ac solum sine menstruo adscribit; feminis vero semen debilius, & non sine menstruo sanguine prolis effectiuum; ceterum in coitu feminas profusionem seminis pati nihilominus quam mares hic aperte profitetur. Sed apertissime alibi scribens in hanc sententiam, *Genitura igitur id vocatur, quod a generante proueniens caussa est, quæ prima obtineat principium generationis, videlicet in ijs, quæ coire natura voluit.* Quum autem Aristoteli generans animal sit non solum mas, qui in alio generat; sed etiam femina, quæ in seipsa generat; plane constat Aristoteli semen, in quo inest prima caussa efficiens generationis, non a solo masculo, sed etiam a femina prouenire; id enim sanguini menstruo conuenire non potest; siquidem nec vere genitura dicitur, nec prima caussa est principium generationis obtinens; quum inanimatus existat; talisque caussa nihil sit aliud quam anima, quæ definitur esse principium quo primo viuentia generantur: Nouit ergo Aristoteles feminas ad sobolis generationem, præter menstrua, conferre quoque semen prolificum. Id ipsum explicat apertius addens, *Semen autem est, quod ex ambobus coeuntibus illis originem trahit.* quo quid euidentius? id tamen plerique dissimulant: quum tamen vlterius Aristoteles ratione adhibita ex ijs, in quib. non sunt distincti sexus, sed in vnum coniuncti, subtilissime probet semen prolificum a mare simul, & a femina prouenire subdens, *Quale semen plantarum omnium est, & animalium nonnullorum, in quibus sexus distinctus non est.* profecto si plantæ, in quibus non est sexuum discretio, sed singula pars maris, ac feminæ obtinet naturam, semen prolificum effundunt ex omnibus fere sui corporis partibus, in singulis illis vim habentes sementiferam; vt constare cuique potest ex insitione, satione ue frustuli stirpis ex quacunque sui corporis parte deprompti; satum

Feminas in coitu seminis profusionem pati, vt mares nouit Arist.

Prima caussa generationis est anima seminis Arist.

Semen ex ambobus coeuntib. effluit Arist.

A femina semẽ prouenire. qua ratione demonstret Arist.

Stirpis pars singula masculi, et feminæ naturã habet.

Plãta pars vna quaq; sementifera est.

1. de gen. an. c. 18.

1. hist. c. 3 & 1. de gen. an c. 2.

2. de an. t. 24. et 49.

fatum enim germinat, & vi suæ speciei seminaria nascitur, & adolescit in plantam sui generis: Si animalia item, quibus sexus distinctus non est, sed qualibet sui parte masculeam cum feminea iunctam naturam possident, semen fecundum emittunt; quid ni statuamus in animalibus perfectionibus distinctum sexum habentibus semen prolificum ab vtrisque coeuntibus, non a solo masculo effundi? Anne pars feminea plantæ masculeæ parti semper indissolubili connubio iuncta semen prolificum vna cum marito emittere poterit; pars item viliorum animalium distinctos sexus non habentium feminea coæuo sibi marito nunquam non iuncta semen fecundum cum mascula parte ad procreationem sobolis effundere in vterum poterit; animalium perfectiorum femina, & feminarum natura perfectissima mulier aliquando cum masculo iuncta semen & ipsa in vterum suum profundere non poterit? hoc certe omnem rationem præterit. Ita ergo vnicuique manifestissimum est Aristotelem constituere mulierem præter menstruum sanguinem, qui puram habet rationem materiæ conceptus, conferre ad sobolis procreationem proprium semen genitale, prolificum, atque fecundum, vt mas. Quod ex alio Aristotelis loco facile deducimus, vbi decernit fetum in vtero a matre sortiri animam vegetalem, & a patre sentientem; ac proinde feminam sine maris consortio ex se non posse animal generare, quod constituitur in esse per animam sensitricem: quam sententiam Aristotelis alibi fuse discussam nunc breuibus ex eius voce audire sufficiet, *Atqui quæsierit quispiam, qua de caussa femina desideret marem, nec ex seipsa generet; quandoquidem animam habet eandem, & materia excrementum feminæ est. caussa illud est, quod animal sensu differat a planta; nec fieri potest vt vel facies, vel manus, vel caro, vel alia pars sit, nisi anima sensualis insit, aut actu* operans, *aut potentia: & aut aliquatenus, aut simpliciter: erit enim vt mortuus, aut pars mortui: Quod si mas est efficiens talis animæ, impossibile est vt femina ex seipsa animal generet, vbi mas a femina separatur: eo enim, quod diximus, mas definitur, qua mas est ratione. Quæstionem vero propositam ra-*

[Left margin notes:] 2. de gen. an. c. 4. — 2. de an. t. 16. — 2. de gen. an c. 3. — De ort. an. hum. — 2. de gen. an. c. 4.

[Right margin notes:] *Bruta imperfectiora sexus distinctos non habentia semen fecundum emittunt.* — *Fætū a matre sortiri animam vegetalē Arist.* — *Mas fætui dat animam sensitricem.*

Oua subuentanea obtinent animam vegetã.

tione non carere patet in auibus, quæ oua subuentanea pariunt, quum femina aliquatenus possit generare: quod & ipsum recipit quæstionem, quonam modo oua eorum dicuntur viuere: Nec enim ita vt oua fecunda possunt; sic enim actu animatum ex ijs efficeretur: neque ita se habent ista vt lignum, aut lapis; quippe quæ corruptione aliqua pereant, vt quæ vitam quodammodo ante participarent. Constat igitur hæc aliquam habere potentia animam; sed quam? istam vltimam prorsus habeant animam necesse est, quæ vegetabilis est: hæc enim æque in omnibus tam animalibus, quam plantis inest. Sed cur partes, & animal non efficiant? Quia sensualem animam habere ea oportet; non enim animalium partes ita sunt, vt plantarum. Quamobrem maris societate opus est; mas enim a femina separatus in ijs est. Et quidem sic vsu venit. subuentanea enim illa fecunda redduntur, si mas coiuit tempore quodam.

Femina fœtui animam non indit mediante menstruo.

Menstruũ est inanimum, & mere passiuũ.

Si ergo statuit Aristoteles fætui sensualem animam a masculo parente impertiri, & vegetalem a femina; quum mas fætui sentientem animam conciliet mediante semine prolifico; femina vero illi vegetalem ministerio menstrui communicare nequeat, eo quod menstruum est corpus inanimum, & principium generationis mere passiuum; quis negare audeat Aristoteli cognitum non fuisse feminarum semen prolificum, quo solo illæ possunt fætui vegetalem animam impertiri, cui masculus perfectiori semine animam tribuit sensitricem? Afferunt itaque ad humani conceptus procreationem Aristotele doctore mulieres fecundæ semen prolificum.

Semen mulieris duplicem in femina generationem sortiri; alteram in partibus omnibus vniuersi corporis spermaticis; alteram in testibus femineis.

Cap. XIV.

Femineum semen quo differat a masculeo.

Differt profecto, vt insinuauit nobis Aristoteles, a masculeo spermate femineum semen fere sola maioris, minorisue perfectionis, & actiuitatis participatione; in rebus ceteris illi aptissima proportione respondet: *1. de gen. an. c. 2.*

Cap. 2.3. & 11. det: Quare feminea quoque genitura duplicem obtinet generationem: quod iisdem prorsum rationibus cõuincitur, quę supra virili semini geminum inesse ortum nos edocuere; quibus & hanc in præsentia lubet attexere: Quum enim generatio sit actus, & omnino perfectio rei generabilis qua generabilis est; si excrementis inutilibus primæ, ac secundæ concoctionis, fæcibus, vrinæ, flauæ, nigræque bili duplex a natura concessa est generatio; nam fæces & in ventriculo prima vice cum chylo ex ingesto cibo, & potu generantur; & vltimam sui formam deinde in intestinis acquirunt: Vrina etiam siue in stomacho, siue in hepate primam sui originem adipiscatur, vltimum tamen sui complementum discrepante nemine nãcisscitur in renibus: Bilis quoque flaua primum in iecore fit omnium consensu, sed in cysti fellea vltimo perficitur: Atra

1. de gen. an. c. 18. 19. itidem bilis primum sui exortum obtinens in hepate, secundum in splene, vbi perfectam melancholiæ formam, sortitur: Quid ni ergo prolificum

2. de gen. an. c. 3. 4. de gen. an. c. 1. semen & viri, & mulieris, quod Aristoteli definitur excrementum vtile, duos & ipsum habeat exortus? hoc certe decet summam illius inter excrementa omnia perfectionem. Porro primum exortum obtinet feminea genitura ex vltimo alimento superabundante nutricatui singularum partium solidarum, earundemque spermaticarum feminei corporis, vbi vi tertiæ coctionis extra capillares venas effusus cruor, ac membris roris instar inspersus, ab omnibusque inutilibus excrementis perpurgatus, consimilem temperiem temperaturæ partium, quibus accesserat, acquisiuerit, atque omnino illarum cambium, vt Arabes asserunt, euaserit eius etenim cambij portio debita concedit in alimentum, & augmentum spermaticarum partium; quæ vero illarum nutricatui, & augmento superabundat, vniuersa est semen femineum: quandoquidem ea omnis vltimi alimenti mutati excrementum est vtile; atque alimenti in partium substantiam mutati excrementum est

Feminæ semen duplicẽ habet generationem.

Generatio est perfectio rei generabilis.

Excrementis primæ, ac secundę coctionis duplex inest generatio.

Semen feminæ ex quo primam sui generationẽ habeat.

Seminis definitio femineo cõpetit. vltimum, & vtile: Quam definitionem seminis omnes nobiscum ab Aristotele recipiunt. Hoc autem femineum semen rursus venas ingrediens, per earum meatus naturæ opera, spirituumque vectura, & cæca testium *Semen femineũ vt a toto feratur in testes.* tractione per seminaria vasa, & venas labitur in testes: 1.de gen. an. c. 18. 2.de gen. an. c. 3. 4.de gen. an. c. 1. Vt enim partes vniuersæ per venas a iecore, ac iecur per mesenterij vasa trahit a stomacho, & stomachus per gulam ab ore nutrimentum; sic plane testes indigentes *testes cuius gratia dati præstãtioribus animalibus.* semine ad sobolis propagationem, cuius vnius gratia potissimum præstantioribus animalibus inditi sunt, ab vniuersis corporis particulis etsi distantissimis per vasorum ductum continuatum genituram sibi trahunt, quæ *Femineũ semẽ quid acquirat a testibus.* illarum nutricatui superabundauit. Quæ quidem seminalis materia vbi ad testes muliebres intra epigastrium reconditos peruenerit, virtute illorum vltimum seminis complementum recipit, ac eam cum accidentalem, tum essentialem perfectionem, quæ femineo semini prolifico necessaria est; nimirum omnes illæ partes feminei seminis a varijs membris delatæ, varias earum partium temperies in se habentes, vi testium muliebrium in vnam misti naturam coniunguntur, omnibus illis partialibus temperaturis in vnam totalem integri corporis compositis; vt hac in re masculeo femineum *Femineum semen quo differat a masculeo.* semen optima proportione respondeat; in eo solummodo varians, quod masculeum semen in primo sui exortu ex alimento superabundante nutricatui partium masculi solidarum omnium, & albarum, & rubearum nascitur; quia in virili semine quum virtus quarumcunque partium procreatrix esse debeat, non albarum solum; necesse est item in eo singularum partium temperamenta contineri; ea vero acquirere non potuit nisi vi tertiæ coctionis assimilatum sin*Femineum semen vt caussa sit in generatione.* gulis illis fuerit in prima sui generatione: At vero quia femineum semen est solum caussa cooperans masculeo spermati; & quia maternus sanguis a corpore feminæ pro rubearum partium constitutione in *Femineũ semẽ cur non ab om-* fetu ad vterum confluit; propterea non oportuit femineum sperma in prima sui generatione ab omnibus

partibus, sed a spermaticis solum appellatis, quæ membra sunt mulieris alba, prouenire. *nibus partibus proueniat, vt masculeum.*

Femineo semini duplicem in esse partem, actiuam, & passiuam, vt masculeo. Cap. XV.

HAbet femineum sperma quoque duplicis naturæ partes, spirituosam, & crassam: & si enim absolute feminarum semen tanto spiritu non polleat, quanto masculeum: quum tamen femineum semen sit in suo genere prolificum, atque fecundum, Aristotelis animaduersione; partem illi etiam spirituosam inesse necesse est: quando ex eiusdem summi Præceptoris decreto in semine omnium inest quod facit vt vt fecunda sint semina; idque sit quod calor vocatur, ac proprio nomine spiritus, qui continetur in semine spumam referens nescias, an efficiens. Quandoque tamen aliquæ mulieres inueniuntur tam impense calido temperamento, vt quo plerisque masculis sunt calidiores, eo semen in se generent aut æque, aut etiam magis spirituosum illorum semine: Vt negandum minime sit quarundam mulierum spermata calidiora esse, ac fecundiora masculorum aliquorum seminibus, eaque vincere in constitutione sobolis ipsam omnino matri similem, ac nulla ex parte patri constituentia; Ob eam caussam, quod ex historijs habemus, mulier ex cane hominem parere potuit apud Indos, & mulier Sueua itidem infantem hominem ex vrso generare; qua de re latius infra: id tamen vt plurimum non contingit, vt semen feminæ masculeo præualeat, sed raro admodum. Præter hanc partem spirituosam feminei seminis, reperiri alteram in eo crassiorem, nemo est, qui ambigat; quum sensui manifesta sit eius corpulentia, licet paullo masculeo semine liquidior: non enim semel per anatomen in sectione cadaueris muliebris testes, & testium vasa seminaria multo, & crasso spermate scatere conspeximus; licet non ita consistente, ac albo, vti est virilis genitura. Femineum ergo semen in eo cum masculeo apertissi-

1. de hist. an. c. 3. *1. de gen. an. c. 2.* *2. de gen. an. c. 3.* *Capit. 17.*

Femineum semen prolificũ esse.

Omnia semina vnde fecunditatem habeant.

Femineum semen potest esse masculeo fecũdius.

Mulier ex cane hominem peperit.

Femineũ semen quo cũ masculeo cōnueniat.

me conuenit, quod gemina & ipsum parte constituitur, spirituosa, & crassa; Hoc autẽ vel ratione ducta ex rei natura facile comprobari potest; quia quum stirpium semina huiusmodi habeant partium diuersitatem, alias euidentem, vt in castanea, & in plerisque alijs fructibus conspicitur; alias occultiorem, vt dudum ostendimus: quumque distinctio hæc partium in seminibus perfectioribus esse debeat, vt sexuum distinctio semper est in viuentibus nobilioribus; quando muliebre semen quocunque plantarum semine præstatiorem naturam obtinet; siquidem fętui ex Aristotele conciliat humanæ animæ partem vegetalem quacunque plantarum anima nobiliorem; necessario confitendum est in muliebri semine huiusmodi partium distinctionem reperiri, spirituosam, & crassam.

Cap. 4.

Muliebre semẽ dignius plantali, & brutali.

2. de gen. an. c. 4.

Muliebris genituræ partem crassiorem in primo sui exortu a membris solidis acquirere vltimam dispositionem ad induendam naturam consimilium membrorum in fętu, spirituosam vero vim instrumentarie deseruiendi animæ organizanti conceptum.

Cap. XVI.

Constare cuiusiam plane potest ex superioribus vtramque hanc partem feminei seminis in sua prima generatione vi tertiæ coctionis a partibus albis vniuersi corporis muliebris adipisci consimile temperamentum ei, quo illæ partes a natura pollent; quum enim semen totum in prima sui origine fiat a solidis partibus similem sibi reddentibus vi tertiæ coctionis alimentum sibi roris instar inspersum, cui cupiunt naturali desiderio specificam sui formam, & animam communicare, dum vltimam ad huiusmodi animam subeundam dispositionem eidem impertiuntur; quando vltima dispositio ad formam specificam alicuius membri, quæ anima est certis prædita facultatibus, nihil sit aliud, quam illius membri proprium temperamentum: forma etenim oculi specifica, vt oculus est, ac specie ab aure contradistinguitur, non est animæ substantia

Femineũ semẽ quid acquirat a toto corpore.

Forma specifica mẽbri quid sit.

stantia

ſtantia ſimpliciter; quia hæc & communis eſt ſingularum partium forma generica, & vniuerſi corporis ſpecifica; ſed forma oculi ſecundum quod oculus, doctore Ariſtotele, anima eſt vt prædita facultate viſoria; ad animam vero vt viſoria facultate pollentem, diſpoſitio vltima nulla eſt alia niſi oculi propria temperies, qua oculus omnino ſecundum ſpeciem differt ab aure; nam materia in ſe auris temperamentum obtinens recipiet in ſui formam ſpecificam animam vt auditrice facultate inſignitam, non autem animam vt viſiua poteſtate pollentem. Ita ergo femineum ſemen in prima ſui origine a ſingulis corporis partibus ſpermaticis in vtraque ſua portione, craſſa, & ſpirituoſa nanciſcitur per tertiam coctionem temperamentum ſimile temperaturæ illarum ſingularum propriæ, non autem animam, & formam illarum ſpecificam; vt alimentum quod in eorum ſubſtantiam commutatur eas actu nutriens, & augens; nam ſemen eſt, quod earum nutricatui, & auctioni ſuperabundat. Eo autem conſimili temperamento temperaturæ membrorum mulieris ſpermaticorum pars feminei ſpermatis corpulentior apta efficitur, ex qua velut ex principio materiali conſtituantur in vtero membra ſpermatica fętus proportione reſpondentia illis maternis, quorum nutricationi ſuperabundauit; quæ ſiquidem materia diſpoſita certam formam in parente non habuit, ſumma naturæ ſolertia, nullam potentiam phyſicam, & eſſentialem fruſtra eſſe permittentis, adipiſcitur in ſobole. Sed eiuſdem ſeminis feminei ſpirituoſa portio præter conſimilem temperaturam, membris materni corporis ſpermaticis calorem cum multo illo ſpiritu acquirit, qui futurus eſt in formatione conceptus aptiſſimum animæ inſtrumentum. Sic ergo in primo ſui exortu a membris albis, ſeu ſpermaticis feminei corporis muliebris genituræ portio craſſa per tertiam coctionem ſortitur ſimile temperamentum eorum temperaturæ, atque in ſimili temperamento vltimam diſpoſitionem ad induendam eorundem membrorum ſpermaticorum formam ſpecificam; quam ſuperabundans eorum nutricatui quum

[Left margin: 2. de an. t. 9. — 1. cal. t. 32.]

[Right margin: *Forma oculi non eſt aĩa ſimpliciter.* — *Forma eadem partium generica eſt totius ſpecifica.* — *Forma oculi quid.* — *Feminei ſeminis pars craſſior quid acquirat a toto.* — *Potentia phyſica, & eſſentialis nulla eſt fruſtra.* — *Feminei ſeminis pars halituoſa quã vim actiuam a toto recipiat.*]

in matre non induat, consimilem induit in fætu; cuius propterea constituitur esse materia proxima potentiã passiuam obtinens ad subeundam naturam membrorum eius spermaticorum, maternis illis proportione respondentium, quorum nutricatui redundauit: Portio verò muliebris genituræ spirituosa cum temperamento simili multo spiritu, & calore fulto nanciscitur ab ijsdem membris virtutem agendi, & efformandi membra consimilia in fætu instrumentariam, non principalem.

Femineum semen acquirere a testibus muliebribus in secunda sui generatione temperamentum totius corporis, animam, & animæ instrumentum calorem cum spiritu. Cap. XVII.

Femineum semẽ venis a toto ĩ testes feratur.

Testes quid semini femineo præstent.

VTreque vero hæ partes feminei seminis primum genitæ in singulis membris spermaticis corporis muliebris regurgitant naturæ impulsu intra venas, per quarum tubos continuato ductu, & spiritibus vehentibus, & genitalibus feminæ attrahentibus, ad testes muliebres supra vteri fundum reconditos delabuntur; quorum actione primum quidem omnes illæ partes tum spirituosæ, tum crassiores innumeræ a singulis membrorum spermaticorum portiunculis cum varijs eorum temperamentis distinctæ prouenientes in vnam misti naturam exactissime coniunguntur, in quo singula portio quantumuis minima mista est in se habens omnium pristinarum partium aliquam portiunculam, & temperaturam, neruacem scilicet, osseam, cartilagineam, mẽbranosam, intestinariam, & id generis. Quo factum est vt ex eo semine in multas partes intra vterum diuiso simul plures integri conceptus fiant, & efformentur: 1. de gen.
ex vno enim semine apud Aristotelem vnicum viuentis an. c. 20.
corpus efficitur. Quod non recte interpretatus Co- cap. 6.
lumbus anatomicus alioquin acutissimus falso Aristo- cap. 6.
telem damnare supra visus est. Oportet autem ad multiplicationem fætuum nõ solum femineum semen in vtero diuidi, sed etiam masculeum, vt dudum vidimus.

Columbus notatus.

Multiplicationi fætuum quid opus sit.

mus; vel potius coniunctum ex vtroque semine, & menstruo sanguine partiri, vt infra suo loco demonstrabitur. Acquirit ergo vtraque pars feminei seminis, seu potius omnes vtriusque partis portiones vi testium per exactissimam inuicem mistionem acquirunt vnicum temperamentum apta proportione respondens integro, ac totali totius corporis temperamento, ex omnibus illis partialibus in vnum coeuntibus constitutum. At vero postea vlteriori actione testium in hac materia, per vnitatem illius integri temperamenti disposita ad vnam animam, generatur anima humana quoad sui partes vegetalem, & sentientem; rationalis enim animæ humanæ suprema portio deforis aduenire fetui, nō a parentibus interuentu seminis communicari demonstrata est Aristoteli. Et sane femineum semen animatum esse, si vltimum debeat sui complementum obtinere, illud apertum facit, quod ex Aristotelis etiam obseruatione femineum semen, vt a masculeo distinctum, proindeque vt femineum est, prolificum est, atq; fecundum; & hoc propter caloris, ac spirituum participationem: quum autem calor, & spiritus non operetur in constituendo fœtu, neque in alia vlla vitæ functione obeunda, nisi vt instrumentum animæ, velut agentis præcipui; quando etiam frustra reperiretur alicubi agens instrumentarium sine principali; necessario confiteri oportet in semine femineo inesse animæ humanæ partē vegetalem, ac sentientem a mulieris testibus procreatam. Quod apertius ex Aristotele deducitur alicubi asseuerante propterea feminam sine masculo ex se animal non procreare; quoniam animal constituitur in esse per animam sensitricem, quam solum a patre, non item a matre adipiscitur; non autem per animam tantum vegetalem, quam solam a matre nanciscitur, vt superius visum est allatis verbis Aristoteleis; qua de re latissime actū nobis est in opere *De ortu animæ humanæ*, quæ speculatio inde huc transferenda non est: quum autem animam vegetalem mater fœtui communicare nequeat nisi mediante semine, vt sensualem masculus eidem impertitur, Aristotelis decreto; iam satis con-

Femineo semini quæ aīa insit.

2. de gen. an. c. 3.

Calor, & spiritus agit vt instrumentū aīæ.

1. hist. c. 3. 2 de gen. an. c. 3. 2. de an. t. 40. 41. et 50. 2. de an. t. 24. 34. & 47.

Instrumentum frustra est sine agente principali.

3. de gen. an. c. 4.

Animal constituitur in esse p animam sentiētem.

cap. 15.

Acquirit vegetam a matre.

2. de gen. an. c. 3.

Fœtui mater vt communicet animam vegetalem.

constat femineo semini animam inesse debere saltem vegetalem; hæc autem illi non aliũde potest inesse quã a testibus muliebribus, in quibus, & a quibus vltimum sui recipit complementum. Sed apertissime femineo semini animam inesse, eamque sensitricem, inde confirmari potest, quod ex historijs plerisque nouimus mulierem ex vrso peperisse verum hominem, aliã ex cane verum item hominem edidisse; quod etiam comprobat semicanis ille puer testimonio Volaterrani, Langij, Paræi, Polydori Virgilij, & Cardani Anno Domini MCDXCIII. genitus ex muliere, & cane, quorum filius ab vmbilico sursum versus humanam, ideoque matris effigiem integre referebat; inde vero deorsum paternam, siue caninam; quod monstrum ad summum Pontificem missum fuisse testantur. Sed relatu Delrij Ioannes de Barros asserit Pegusianos, & Sianitas Indiæ gentes originem duxisse a cane, qui cum muliere corpus miscuerat. Saxo item Grammaticus, & Ioannes, atq; Olaus Magni, duo fratres, ijdemq; deinceps Episcopi Vpsalenses narrant in Suetia puellam eximiæ pulchritudinis ex honestissimis parentibus ortam, ancillis comitatam, quum extra oppidum ad recreandum animum exiuisset, ab vrso miræ magnitudinis, ancillis consternatis, amplexatam, raptamque, & molliter vnguibus receptam ad specum in nemore abditum relatam fuisse; atque in summo timore ab vrso amante ad concubitum expetitam; bruto commistam, a quo carnibus crudis quotidie venatu captis enutriebatur, vtero gestasse, ac partu edidisse infantem pilosum membris humanis, quem a venatoribus interfecto vrso, ad patriam delatum patris nomine Vrsum appellauit; ille autem parentis necem inultam non passus est; adolescens enim venatores illos interemit; Postea vero ex accepta vxore filium genuit nomine Tregellum Sprachaleg, a quo Vlfo genitus est Suenonis Danorum Regis pater: Fuit autem Vrsi filio natura humana, & figura; maxime superante vi materni seminis, & imagine cõcupitæ hominis, ardenterque amatæ paternam animam

Femineo semini animã inesse sensitricem.

Semicanis ex muliere ortus.

Homo natus ex muliere & cane.

Historia mira.

Mulier ex Vrso peperit hominem.

in Antr. 2. epistol med. c. 9. 3. de Prodigijs. l. 24 cap. 12. 14 Iva. c. 64. Tom 1. disq. mag. l. 2. quæ. 14. lib. 18 c. 25.

animam vehementissime percellente in Venereis complexibus. Quum itaque nequiuerit vrsinum, aut caninum semen in fætu a muliere concepto vegetalem, ac sentientem animam humanæ animæ partes essentiales, intellectui suscipiendo aptas, sua longe nobiliores, ac specie ab illa distinctas procreare; iam illæ animæ humanæ partes caducæ non aliunde ortum habere potuerunt, quam a muliebri semine, foto quidem, seu adiuto, seu verius ad operandum impulso, ac de actu primo ad secundum excitato a ferino semine masculeo, sine quo nihil ex se vnquam procreasset: Sic plane ab asino superueniente vterum gerens equa mulum progignit, cuius anima longe præstantior asinina, potissimũ a matre illi communicatur, non sine cooperatu asinini seminis: Ast equa mulo filio animam sensitricem non indit nisi mediante semine; hoc autem equinum sperma eam animam non acquirit nisi in equæ testibus: Ex cane item femina & Leone canem oriri Pollux, Cælius, & Oppianus Io. Bapt. Portę asseuerarunt. Canis quoque Arist. Magno, Alberto, & Portæ gignitur ex lupo et cane fæmella. Canis item sexus imperfectioris ex tygride masculo canem peperit, Aristotele, ac Aeliano autoribus; in quam sententiam Gratij carmina profert Porta Neapolitanus inquiens,

Sed non hircanæ satis est vehementia genti
Tanta: suis petiere vltro suã semina syluis,
Dat Venus accessus, & blando fœdere iungit.
Tunc & mansuetis tuto ferus errat adulter,
In stabulis vltroque grauis succedere tygrim
Ausa canis maiore tulit de sanguine fætum.

Sunt quibus equus ex tauro & equa natus visus est. Ex camelo matre, sue vero, vel apro patre camelum procreari Io. Baptista Porta confitetur, Quare absolute dicendum est femineum semen pollere anima sensitrice a femineis testibus sibi comparata. Addere quoque liceat in qualibet fere corporis tum masculei, tum quoque feminei parte, sed potissimum in intestinis putridam plerunque inutilium excrementorum colluuiem adepta vegetali, ac sentiente anima in substantiam

[Left margin notes: 2. mag. nat. c. 6. — 8. hist. c. 28. — 2. de gen. an c. 4. et 5. — 8. hist. c. 28. — loc. cit.]

[Right margin notes: *Masculi bruti semen animæ humanæ partẽ fętui dare neqt.* — *Mulieris semẽ fætui animam etiã sensualem dedisisse.* — *Vt mulier ex fera fætum humanum concipere potuerit.* — *Mulo equa conciliat animam, non asinus.* — *Canis a Leone ortus.* — *Canis a lupo genitus.* — *Canis a tygride fatus.* — *Equus a tauro genitus.* — *Camelus a sue, vel apro.* — *Quo constet fœmineum semen a testibus animari.*]

viuentem, seseque motitantem animari; quid ni ergo dicamus in testibus non solum masculeis, verum etiam femineis vtile vltimi alimenti, perfectissimumque tertiæ coctionis excrementum ad sobolis propagationem a testibus eisdem vegetali, & sentiente anima donari? Ceterum & hoc idem theorema nos apertissime alicubi docuit Aristoteles asseuerans, *id quod ex mare, ac femina primum miscetur, quasi conceptus promiscuus quidam, aut animal: hæc enim iam habent quod ex ambobus requiritur:* nam quod ex mare, ac femina primum miscetur, est vtriusque semen; cui misto deinde admiscetur menstruus sanguis: mistura vero illa prior ex vtroque semine dicitur quasi conceptus promiscuus quidam, aut animal; quia semen alterutrum alterutri suam animam communicat, qua conceptus carere non potest; & non solum vegetalem, quæ primo conceptui satis esse videtur, sed etiam sensitricem, quæ constituit in esse animal: dicitur autem mistura ex vtroque semine quasi conceptus, & animal; quia verus conceptus, & verum animal non constituitur sine menstruo sanguine. Ita ergo muliebre semen in secunda sui generatione vi, ac operatione testium femineorum animam sortitur vegetalem, ac sensitricem eiusdem speciei cum anima vegeta, & sensitiua mulieris. Sed eiusdem seminis feminei portio spirituosa, præter animam vegetantem, ac sensualem, a testibus acquirit spiritum, & calorem, quo tanquam instrumento eius anima vti debebit in constituendo fætu, maxime cooperans masculeo semini; quod vt plurimum contingit.

1. de gen. an c. 18.

Locus Arist. explicatus.

Mistura ex vtroque semine cur dicatur conceptus promiscuus.

Cur quasi conceptus, & animal.

Feminei seminis portio spirituosa quid a testibus præter animam acquirat.

Vtrum vero conceptus fieri queat ex femineo semine infecundo, ac inanimato, totam vim agendi obtinente masculeo semine, non ita sit facile determinatu. Arbitror tamen vt plurimum requiri ad fætus constitutionem vtrumque semen animatum, atque fecundum, altero infecundo ple-

Conceptui vtrumque semen animatum vt plurimum requiri.

plerumque nihil oriri; sed tamen vbi alterum semen fuerit robustissimum, non negauerim quandoque ab illo alterius inertiam emendari; siue infecundum, & inanimatum sit masculeum, siue femineum; nam vidimus mulieres frigidissimo temperamento, & pinguissimo corpore ineptas fecundo semini procreando ex viris robustissimis filios peperisse; ac vicissim bonæ habitudinis mulieres ex hominibus inertissimis, ac infirmis prolem ortui dedisse. *Ex altero semine infecundo posse conceptũ perfici.*

Quin etiam vt mulier ex cane, aut vrso concipere hominem potuit; vtque autore Delrio, & Riolano nefarius homo ex vacca filium hominem perfectum sustulit; sic plane homo semine fecundissimo mulierem seminis infecundi productricem filiorum matrem efficere valet; ac vicissim mulier fecundissimum semen admiscens infecundo masculi eundem filiorum patrem constituere potest: sed hoc raro admodum contingit; sæpissime tamen; & in perfecti conceptus constitutione vtriusque parentis sperma fecunditatem, & animam ab eorum testibus adeptum requiritur, & in vnum plurimum conuenire consueuit.

tom. 1. Dis. mag. lib. 2. quæ. 14.

Libr. de Mo stro luct. c. 7.

Nepharius homo ex vacca filium hominem genuit.

Quot,

Quot, quæque virtutes insint in spirituosa feminei seminis portione ad constitutionem perfecti conceptus necessariæ; quomodoque se habeant ad virtutes masculei spermatis. Cap. XIII.

Femineum semen æmulatur in omnibus masculeum.

AEmulatur masculeum, quoad fieri potest, in omnibus femineum sperma; & proinde in eius quoque parte halituosa quatuor insunt virtutes actiuæ in constitutione perfecti conceptus virtutibus masculei seminis aptissima proportione correspondentes; ea tamen differentia, quo masculea virtus est efficiens primarium, feminea vero facultas est agens virtuti masculeæ cooperans; & hoc bifariam, siquidem vt plurimum cedens virtuti masculeæ valentiori, præstantiorique, illi cooperatur vt minister architectonico, ab illa gubernata; nonnumquam vero etiam robustior, & speciei nobilioris vim seminis masculei languidiorem fouet, aut etiam ad propriæ, vel tertiæ cuiusdam speciei propagationem traducit a masculea reuocans, ad quam suapte natura masculeum semen propensum erat: sic plane mulier ex viro robusto virum progignit, vt Thespij filiæ quinquaginta ex Hercule vna nocte totidem filios concepere: sic vicissim mulier robusta ex homunculo inerti feminas procreat: sic mulier ex cane, ac vrso hominem peperit: sic equa ex asino mulum: Quum igitur femineum semen semper masculeo indigeat, a quo ex se torpens in ocio ad opus impellatur, aut in opere gubernetur, iam patet vnicuique cur femina in se sine masculo concipere nequeat; licet passiuum, & actiuum soboli procreandæ principium conferat; non enim sufficientem huic muneri habet virtutem actiuam; sic plerumque nauim trahere nequit robustissimus homo sine debiliori socio sibi cooperante. Prima itaque virtus in feminei seminis halituosa parte nobis dicitur esse generatiua conceptus, siue animatiua menstrui sanguinis in actu conceptionis; cuius operationis materia, subiectumque, ac omnino principium passiuum est purum, putumque menstruum, cui a semine aĩã ĩd.t; cã efficiẽs primaria est masculei seminis.

Femineum semen bifariã cooperatur masculeo.

Masculorum origo vnde sit.

Feminarum origo.

Femineum semen cur masculeo indigeat ad prolem.

Feminei seminis prima virtus quæ.

Prima operatio feminei seminis vt fiat.

minis spirituosa portio, cooperans est feminei spermatis halituosa pars; adæquatum efficiens est coniunctum ex vtroque semine, quod agglutinato sibi menstruo sanguini propriam animam communicat eo fere modo, quo in actu nutricationis a membro præexistens in eo anima sibi agglutinato alimento vltimo cõmunicari consueuit: vnde Medicis menstruum dicitur in vtero esse alimentum seminis. Hinc patet manifesta ratio, cur neque mas absque femina, neque femina sine maris concursu possit ex se prolem producere; non enim fieri queunt operationes neq; ab agente cooperante sine primario, neque vicissim a primario sine cooperante, sed vbique prouenium ab agente adæquato. Quare virtus feminei seminis cum facultate masculei iuncta primum in vtero conceptionem promouet dum ex vtroque semine coniunctum, non quidem generat nouam animam in menstruo sanguine, sed propriam illi sibi agglutinato communicat, prius quidem vegetalem partem materni seminis, deinde vero etiam procedente tempore sensualem paterni spermatis, quo fœtus fit animal, Aristotelis decreto. Secunda vero virtus feminei seminis in eo elucescit, quia dum anima virilis genituræ altera sui facultate caloris vtens ministerio heterogeneas partes in conceptu disgregat, animam habet feminei seminis consimili facultate discretiua pollentem, sibi cooperantem: Immo vero vt in mistione seminum e multis fit vna anima totius embryonis, ita e pluribus fit vna discretiua facultas, in qua secundum rectum naturæ cursum masculea femineę prædominatur, feminea masculeæ cooperatur; licet nonnumquam feminea validior, nobiliorque masculeæ dibiliori, ac ignobiliori non cedat in operando; sed eam vltro perficiat, & ad opus alioquin se quoque præstantius efficiendum promoueat. In hac autem discretione partium heterogenearum patiens est non solus menstruus sanguis, vt in conceptione, sed tota massa consurgens ex menstruo sanguine, ac ex partibus crassioribus vtriusque seminis, quæ futura est adæquata materia totius animalis. Post hæc seminis feminei spirituosa portio ter-

Menstruũ vt a semine animã recipiat.

Menstruum cur dicatur alimentum seminis.

Operationes quo agente indigeant.

In menstruum qua ratione primum vegetalis anima, deinde sentiens recipiatur.

2. de gen. an. c. 3. & 4.

Feminei seminis secunda virtus, & eius operatio.

Facultas vna vt fiat ex pluribus.

Feminea virtus vt masculeam perficiat.

Subiectum patiens in secunda functione feminei seminis.

Feminei seminis tertia virt⁹ & operatio.

facultatem, qua deinceps cooperatur virtuti masculei seminis discretas eiusdem materiei partes ordinanti, ac suis quasque locis apte reponenti: Qua in functione obeunda licet vt plurimum feminea virtus ministra masculeæ architectonicæ cooperetur, nonnumquam tamen eius imbecillioris defectum supplere potest; semper autem simul cum ea constituit agens adequatum ordine congruo disponens partes omnes in conceptu materiales.

Feminea virtus vt suppleat defectum masculeæ.

Feminei seminis quarta virtus, & operatio.

Ac postremo loco feminei seminis pars halituosa virtutem habet etiam formatricem, quæ apte cooperatur virtuti masculeæ singulis partibus materiei conceptus determinatorum membrorum figuras impertienti: cuius illud indicium est apertissimum, quod mater fætui sola imaginatione partes colorat, & ad imaginem rei expetitæ figurat; quod non contigeret, nisi cooperaretur femina masculeo semini configuranti membra in conceptu: Sed hac de re postea suo loco latius: Immo vero aliquando feminæ virtus formatrix adeo valida est, vt vel inuitum masculi semen trahat ad generationem membrorum suis consimilium, masculinis autem summe dissimilium; sic femina ex masculo feminam gignit: sic aliquando mulier ex vrso, & alia ex cane hominem peperit: sic alia semicanem haud cedens virtuti masculeæ; sic equa ex homine centaurum partu edidit Plutarcho; vt fuse a nobis disquiritur alibi oportuniori loco. Absolute vero femineo semini virtutes omnes, quas masculeo dudum inesse vidimus, concedendas esse licet natura illi subiectas, ratio ea docet vel ex Aristotele deprompta; quia si plantarum semen fecundum est, ac vim obtinet effectricem in germine suo instituendo, in partibus eius heterogeneis disgregandis, aptaque sede collocandis, & variorum organorum figura exornandis; si hæc omnia præstandi virtutem habet imperfectissimum animalium sexus distinctos non habentum sperma; cur muliebre semen omnium stirpium, & animalium brutorum seminibus longe præstantius ob nobilioris animæ participationem, vires huiusmodi effectrices in sua sobole pro-

Mater sola imaginationis vi figurare fætum potest.

Cap. 26.

Feminea virt⁹ vi trahit masculeam ad dissimilis constitutionem.

In conu. 7. sapien.

Libr. de Mõstris.

Semen fœmina habere omnes vires masculei vnde pateat.

1. de gen. an. c. 18.

Semen muliebre perfectius semine plantarum, & brutorum omnium.

2. de gen. an. c. 1.

procreanda non obtinebit? Aristoteles enim aperte statuit semper omne agens patiente honorabilius esse, ac principium effectiuum materiali; & proinde quæcumque attributa perfectionem indicantia viliori naturæ conueniunt, nobiliori necessario conuenire. Sed apertissime Aristoteles femineum semen prolificum esse decernit, & ob caloris, ac spiritus participationem, vt & cetera omnia semina fecundum: quum autem semen prolem efficere nequeat, neque ob caloris, ac spiritum participationem fecundum esse valeat, nisi virtutes effectrices habeat principales in fętu constituendo necessarias; quippe caloris est agere, ac spirituum proprium est mouere; quos ideo nuncupat Hippocrates impetum, hoc est, motum facientes: ceterum in operationibus vitæ duo hæc nihil agunt nisi vt instrumenta gubernata ab animæ facultatibus; hæ igitur facultates femineo semini necessario insunt, cui talia insunt earum instrumenta; siquidem nullibi non frustra est instrumentum sine agente primario, cui in actione deseruit. Addo si anima vegeta, & sentiens adultæ feminæ virtutem habet disgregandi heterogeneas alimenti partes; disgregatas seorsum singulas ad congruentia cuique loca seu trahere, seu deferre; iisque recte collocatis figuram, & membri formam substantialem communicare; quidni eiusdem speciei anima in muliebri semine genita vegetalis & sentiens easdem virtutes habebit erga vltimi alimenti excrementum vtile, quod est vtriusque seminis portio crassior cum sanguine menstruo iuncta, nimirum viuificatricem, seu animatricem conceptus, separatricem heterogenearum illius particularum, ordinatricem separatarum, & figuratricem ordinatarum? Sic igitur habet muliebris genituræ spirituosa portio cum anima sibi a testibus femineis indita tot virtutes effectrices, quot masculeum semen, illis in sua functione qualibet secundum rectum, & ordinarium naturæ cur-

[Left margin: 3. de an. t. 19. — 1 hist. c. 3. 2. de gen. an. c. 3. — 4. meteo. cap. 1. 6. epidé. 9.]

[Right margin: *Agens patiente nobilius.* — *Viliora, & nobiliora quib. attributis conueniant.* — *Femineū semen prolificū omnit A ist.* — *Femineū semen habet vires agendi principales.* — *Spiritus vt Hippocrati sint impetū facientes.* — *Spiritus non agunt nisi vt instrumenta aīæ.* — *Ratio probans femineū semen habere omnes vires masculei.*]

sum cooperantes, nihilque in constituendo fetu sine masculeis sibi apta proportione respondentibus agere valentes.

Qua ratione femineum semen in vtero suas vires exerceat masculeo fetum constituenti cooperans.

Cap. XIX.

Femineũ semen in vtero vt accurrat ad masculeum.

Femineũ semen vt iungetur cũ masculeo.

Feminea virtus vt masculea dominetur.

Conceptio vera non consistit in seminum commistione.

SSpeciatim vero femineum semen vbi ad vterum confluxerit, repertum ibi masculeum semen adit cæco naturæ ductu; sic flores clytiæ ad solem, a quo perfici consueuere, conuertuntur; sic ferrum ad Herculeum lapidem; sic ad electrum accurrit palea: femineum vero semen vbi masculeum adierit, cum eo iungitur, exacteque admiscetur in vnam massam; in qua seminum commistione, quę potissimum fit mutua eorundem actione, passioneque ab inuicem, non autem, vt vulgo creditur, propria quadam vteri functione; quod infra explicabitur; vt ex duobus variorum seminis corporibus fit vnum per se numero corpus, ita ex pluribus eorundem spermatum animis fit vna totalis anima totius geniturę; quemadmodum in insitione dudum contingere notauimus: secundum naturam tamen, ac plerumque in eo composito masculea virtus femineæ preualet, vt in mistura multum vinum exiguæ aquæ. Ceterum in hac prima seminum commistione alterutris sibi proprias animas communicantibus, non consistit vera conceptio; quamquam in illa fiat quid veræ conceptioni simile, ac omnino veluti veræ conceptionis rudimentum; nam vera conceptio fit Aristoteli, quando excrementum feminæ inanimatum; menstruum scilicet, receperit animam a semine maris; in hac autem prima seminum mistione promiscue semen feminæ a semine maris animam recipit, & semen maris animam consimilem recipit a semine feminæ. Quæ omnia scire nobis proposuit Aristoteles alicubi dicens, *Genitura igitur id vocatur, quod a generante proueniens caussa est, quæ prima contineat principium generationis, videlicet in ijs, quæ cone natura.*

Cap. 23.

Cap. 8.

2. de gen.

1. de gen. an c. 18.

tura voluit. Ex quibus primo apparet semen vtrumque in generatione obtinere rationem caussæ primariæ, non autem agere vt instrumentum parentum; quæ opinio apud multos inualuit, aperte ab Aristotele paullo antea proscissa dicente semen non agere quia sit aliquid eius hominis, ex quo prodiit, sed vicissim hominem ideo dici generare prolem, quia semen eam generans hominis est; sed hæc obiter: subdit Aristoteles; *Semen autem est quod ex ambobus coeuntibus illis originem trahit; quale semen plantarum omnium est, & animalium nonnullorum, in quibus sexus distinctus non est:* vnde constat semen vt in plantis ab vtroque sexu semper confuso, & in quibusdam animalibus imperfectis (non enim sunt omnia sementifera) ab vtroque itidem sexu nunquam distincto prouenit; sic semen in perfectioribus animalibus procreandæ soboli necessarium prouenire ab vtrisque, masculo nempe, ac femina coeuntibus. *Velut id quod ex mare ac femina primum miscetur quasi conceptus promiscuus quidam, aut animal: hæc enim iam habent, quod ex ambobus requiritur.* nempe id quod in vtero ex mare ac femina coeuntibus primum miscetur, non est vere conceptus, quia conceptus fit sanguine menstruo animam a semine sibi acquirente; at quod primum in vtero ex mare, ac femina miscetur, est vtriusque semen prolificum: dicitur autem hoc mistum quasi conceptus, quia fit eodem modo, quo verus conceptus fieri consueuit, altero miscibilium alteri animam suam communicante: sed hic est quasi conceptus quidam promiscuus, quia in ea seminum mistione masculeum animam suam femineo impertitur, ac viceuersa femineum animam suam masculeo communicat; & ita ex duabus variorum seminum animis vna totius embrij fit anima, vt dudum asserebamus: neque vero id solum conceptus naturam redolet, sed etiam animalis; quia seminum anima non solum vegetalis est, sed etiam sentiens; cuius participatione fit animal Aristoteli; at vero id quasi animal est, non proprie animal, coniunctum

Semen vtrumque caussa est primaria generationis.

Semen non agere vt instrumentum seu in virtute parentum.

Semen caussa est vt parens generare dicatur.

Semen ex ambobus coeuntibus originem trahit Arist.

Animalia non omnia sementifera.

Conceptus fit menstruis animam a semine acquirentibus.

Seminum permistio cur sit quasi conceptus promiscuus Arist.

Femineum semen suam animam masculeo impertitur, & vicissim.

Seminis anima sentiens est.

Cap. 8.

2. de an. t. 16.

2. de gen. an. c. 3.

cx

Semen cur quasi animal.

Semen animalium & plantarum vt differat

Plantarum semina cur ex seipsis germinare valeant intra fructum.

Semen vt animet sanguinem menstruum.

Conceptus verus quando, & quomodo fiat.

In conceptu efficiendo vt se habeant vtraque semina.

ex vtroque semine citra menstrui sanguinis interuentum; quia vero animali, perfectoque constituendo menstruus sanguis necessarius est, aut cum eo proportionem habens. Secus est de eo, quod primum coniungitur in plantis, & animalibus sementiferis distinctum sexum non habentibus; nam simul associatur vtrumque semen in ijs numquam distinctum, & id quod menstruo sanguini proportione respondet: Quo fit vt nonnumquam plantarum semina ex seipsis vel intra fructus limonum, vel in aere quoque suspensa germinent. Ita ergo primum a coitu in vtero mulieris commiscentur ambo coeuntium semina, quasi conceptus quidam promiscuus efficiatur, alterutro alterutri animam suam communicante, & ex duabus vnam totalem efficiente. Hoc autem ex vtroque semine coniunctum copulato deinde, permistoque secunda vice sibi menstruo sanguini posterius ad vterum lapso propriam animam totalem illam communicat, primum quidem quoad partem illius vegetalem a materno semine collatam Aristotele autore; deinde vero etiam quoad partem sensitricem a paterno semine allatam; vt infra latius apparebit; & ita fit verus, ac proprie dictus conceptus; quem definit Aristoteles fieri quando excrementum feminæ, menstruum scilicet, susceperit a semine maris principium, quo animatum est. In hac autem anima seminis vtriusque materno sanguini communicanda, vt quam sæpissime masculi facultas est principale agens, & feminæ virtus illi cooperatur; sic aliquando ambæ virtutes æquipollent; & nonnumquam etiam feminæ anima præualet masculeæ, quam vel inuitam ad sui similis procreationem moliendam trahit, eam sibi cooperare faciens: sic mistura ex vino, & aqua, obseruatione quoque Aristotelea, modo vini opera efficit calfaciens, inebrians; modo vero aquæ refrigerans, humectans, temulentiam extinguens, prout in ea vel vinum aquæ, vel aqua vino præualuerit. Constituto sic prima functione seminum in menstruum sanguinem conceptu, deinceps spirituosa pars vtriusque

2. de gen. an. c. 3. et 4. Cap. 22.

1. de gen. t. 3 4. & 39.

usque seminis in vnum iuncta virtute animæ propriæ, caloris ministerio vtens, conceptus vniuersi partes heterogeneas discernit, ac segregat ab inuicem: In qua partium discretione vt virtus seminei seminis naturaliter, ac vt plurimum cooperatur masculeæ, ceu principaliori efficienti; sic nonnumquam illi æquiualens parem sibi locum vendicat in ea functione obeunda, illique cooperatur vt secundus nauem trahens priori trahenti copulatus: & aliquando etiam feminea virtus robustior, ac nobilior primas obtinet in opere partes: Sed hoc raro admodum contingit, quando est feminea virtus validissima: & fit præter naturæ consuetum. In hac functione agens est, vt in prima, vtriusque seminis anima; patiens vero non solum menstruum, vt in prima conceptus institutione, sed corpus ex vtriusque seminis corpulentia, & menstruo sanguine constitutum. Discretas huius embrij partes heterogeneas tertio loco tertia facultas animæ in semine degentis ordinat, & aptis quasque locis collocat, vbi constituenda sunt membra, quorum constructioni singulæ partes illæ a natura sunt determinatæ: In qua ordinatione partium materialium fœtus vis seminei seminis ex se nihil agit, sed tantum virtuti masculeæ cooperatur, frequentissime quidem illi subdita, & fere seruiens; aliquando tamen illi æquipollens; & nonnunquam etiam eidem præualens; nunquam tamen sine illa operans; nam adæquatum efficiens est constitutum ex vtriusque seminis parte spirituosa; principium, quo primo id agit, est coniunctum ex animis vtriusqe spermatis; materia patiens est constitutum corpus ex menstruo sanguine, & crassiori parte vtriusqu e genituræ. Denique vero ita dispositis partibus conceptus materialibus vis formatiua residens in anima seminis vtriusque simul coniuncti figuram impertitur propriam cuiusque membri determinate, ad quod quæque habet naturalem propensionem: In quo munere obeundo vt agens adæquatum est ex vtriusque seminis parte spirituosa constitutum; sic agentia partialia sunt seminei seminis anima, & masculei

Discretio partium embrij materialium a semine vt fiat.

Discretas partes embrii vt semen etiam femineum ordinet.

Vis formatiua membrorum in quo resideat.

culei

Femineum semen vt masculeo cooperetur in formatione membrorum.

culei virtus; cui feminea vis cooperatur semper, vt plurimum quidem illi primas partes in actione concedens, ceu ministro architectonico; quandoque vero illi æquiualens, vt socius cymbam trahenti; & aliquando etiam præualens; non tamen ita vt sine virtute masculi feminea vis fætum constituere valeat vnquam.

Menstrui sanguinis constituendo conceptui necessarij vnicam esse originem, & vniusmodi substantiam. Cap. XX.

Menstruũ sanguinem conceptui necessariũ esse.

Mulieres quæ concipere possint, quæ non.

Conceptui quæ partes necessariæ.

Membra quę ex semine fieri nequeant.

Menstruum duplici ratione fætui necessarium.

AD humani conceptus institutionem, constitutionemque, præter masculeum, femineumque semen, necessarium quoque esse menstruum sanguinem appellatum, & experimentum, & ratio comprobat ex rei natura deprompta; experimentum quidem, quia quotidie obseruamus illas solummodo mulieres a coitu concipere, quæ in ætate degunt, in qua vigent menstruæ purgationes, a duodecimo anno ad quinquagesimum Aristoteleo monitu; quæ vero nondum eam ætatem attigerint, vel eum prætergressæ fuerint, nunquam concipiunt. Ratio vero est, quia conceptui necessariæ sunt partes rubræ, cor, hepar, musculi; quæ ex albis feminibus ab alba spirituosi feminis substantia fieri non possunt; sed necessario ex rubra materia sanguinis cõstituuntur. Maternus autem iste sanguis, quem menstruum vulgo nuncupant, dupliciratione fætui necessarius est; prima quidem vt materia, ex qua seminis parentum operatione constituantur in conceptu singulæ rubræ partes, obid sanguineæ vulgo appellatæ, vt a candidis distinguerentur, quæ spermaticæ dicuntur ex crassiori seminum substantia materiam habentes: altera vero vt sit alimentum, quo efformatæ partes omnes tum candidæ, tum rubræ in fętu enutriantur: vnde nobis duplicis naturæ sanguis hic menstruus esse censetur; alterum seminarium cum Aristotele appellabimus, nimirum ex quo primum in fętu constituuntur solæ partes rubræ; asserit enim menstrua semen esse non purum; & alterum alimentarium, ex quo scilicet

Menstruum duplicis est naturæ.

7. hist. c. 1. & 5.

1. de gen. an. c. 20

2. de gen. an. c. 3.

ſcilicet omnes in fętu genitæ partes & albæ, & rubræ nutriuntur. Porro ſanguis vterque hic menſtruus appellatur, quia ſingulo menſe in adulta muliere non grauida redundans, nihilque vtilitatis tunc in corpore habens a natura per vteri os foras emittitur. Menſtrui vero ſanguinis huius ea portio, quæ in prima conſtitutione conceptus a parentum ſemine animari, & in ſingulas partes non ſpermaticas fętus debet trāſmutari, vnicam habet in materno corpore generationem; nempe coeuam, conſimilemque primæ generationi vtriuſque ſeminis, per tertiam coctionem in ſingulis partibus rubris materni corporis; & eſt proprie pars illa cambij ab Arabibus nuncupati, ſanguiniſque defęcatiſſimi vltimā coctionem paſſi ea portio, quæ ſuperabundat nutricatui ſingularum partium rubearum corporis mulie bris, & earum nondum formam ſpecificam acquiſiuit, ſed ſolummodo temperiem illarum temperamento ſimilem: ſi enim partium albarum, & ſpermaticarum nutricationi ſemper aliquid ſupereſt conſimilem temperaturam adeptum; quid ni partium etiam rubearum nutricatui aſſidue aliquid ſuperabundet conſimilem illis temperiem ſortitum? ſi quod ex membrorum ſpermaticorum vltimo alimento redundat in muliere retrocedens in venas per illarum ductus ad vterum con fluit, quia ex eo veluti ex materiali principio conſtitui debent membra candida conceptus, quid ni quod in eadem femina rubeorum viſcerum, ac muſculorum nutricatui ex vltimo alimento ſupereſt, regrediatur pariter in venas per illarum meatus ad vterum pergens vt rubræ fętus particulæ materiam habeant, ex qua primum conſtituantur? ſeorſum autem quod redundat alimento partium rubearum materni corporis in vterum ferri debet, ſeparatum ab eo, quod ſuperabundat nutrimento partium ſpermaticarum; quia ſanguis maternus futurus eſt pura conceptus materia, principiumque fętus mere paſſiuum, nec vlla ex parte actiuitatem habere debet; quare a membris recta ferri debet ad vterum teſtibus intactis; qui ſemini vim effectricem

Menſtruus vnde dictus vterque ſanguis.

Menſtrui, ex quo fætus conſtituitur, vnica eſt generatio.

Oritur in ſingulis membris vt ſemen primum.

Menſtrui origo explicata.

Menſtrui fætum conſtituentis origo quo differat ab ortu ſeminis feminei

Menstruũ cur testes non adeat, vt semen.

cũ anima conciliat: & propterea menstruus iste sanguis vnicam habet generationem in partibus solidis rubram substantiam obtinentibus vi tertiæ coctionis in eis editæ: neque illi necessaria est, vt semini, secunda generatio in testibus; semen enim quum effectricem vim obtineat in conceptu, nec eam a partibus solidis, quarum nutricatui superabundauit, acquirere potuerit, ad testes, a quibus eam adipiscitur, peruenire debet anteaquam in vterum feratur. Hanc theoriam pulchre nobis insinuauit Aristoteles asserens, *Et menstrua semen sunt, quamquam non purum*: si enim menstrua semen sunt; quum esse in caducis præsupponat generationem; hæc enim est mutatio de non esse ad esse; quumque generatio seminis duplex fieri visa sit, altera in membris omnibus, altera in testibus, vbi vltimum acquirit seminis complementum; quum solam priorem generationem expertum semen anteaquam ad testes peruenerit, dicatur Aristoteli semen inconcoctum; plane opus est menstrua obtinere aliquam generationem seminis, non quidem postremam in testibus, tum quia ad testes non perueniunt; tum quia statuuntur Aristoteli semen impurum, & inconcoctum; quare menstruus ille sanguis, qui fętui primum constituendo a natura dicatur, vnicam habet sui generationem in membris solidis materni corporis ex vltimo alimento, quod superabundat nutricatui singularum partium rubearum: ita vero genitus hic sanguis ad vterum recta contendit intactis testibus nihil ab eis passum; quod indicat rubens ipsius color; nam si quid a testibus passum fuisset, rubro colore spoliatus album induisset, vt semen; quod altera portio menstrui sanguinis a mammarum glandulosa substantia patitur, dum vertitur in lac. In masculeo vero corpore longe secus res ista se habet; nam quod superabundat nutricationi partium omnium, siue albarum, siue rubearum, id omne simul indiuisum ad testes peruenit, a quibus in semen prolificum transmutatur; cuius ea vna ratio est, quia quum femina solam materiam rubearum par-

Semen cur ad testes peruenire debeat.

Esse in quibus supponat fieri.

Semẽ antequã ad testes perueniat inconcoctum est.

Quod a testibus patitur albescit.

Menstrui, & masculei seminis origo diuersa.

1 de gen. an c. 20.
2. de gen. an c. 3.
5. phys. t. 7. 8.
2. met. t. 7.
1. de gen. an. c. 19.
4. de gen. an. c. 5.
4. de gen. an. c. 8.

partium fętui conciliet, non item caussam effectricem proximam, & determinatam; opus est eiuscemodi caussam a masculo prouenire: Quare quod in masculeo semine superabundauit nutricatui rubearum partium retinens illis consimile temperamentum, quod est aptum ad procreandas partes eiusdem generis animæ instrumentum, debet effectricem hanc animam adipisci; ipsam vero quum habere nequiuerit a partibus, quarum nutrucationi superabundauit; obtinere solummodo valeat a testibus, a quibus eandem acquirit vltimum excrementum spermaticarum partium; propterea in masculeo corpore vtrarumque partium nutricatui superabundans humor simul ad testes per venas fertur seminis formam, & animam in testibus a testibus adepturus, qua possit omnes partes tum albas, tum quoque rubras in fętu procreare. Atque huc respiciens Aristoteles feminam fętui solam materiam impertiri sanxit, masculum vero conceptui formam exhibere; seu feminam habere rationem principij passiui, masculum actiui: nam absolute, ac speciatim ratione seminis feminam fętui animam vegetalem indere demonstrat Aristoteles argumento ab ouis hypenemijs ducto, quæ viuere constituit, anima illis a femina sine ope masculi communicata: sed hæc nos alibi fusius. Ita ergo maternus sanguis, ex quo actione seminis constitui debent partes singulæ rubræ in conceptu, vnicam generationem habet ex alimento vltimo superabundante nutricatui rubearum partium feminei corporis; in qua generatione, quæ tertia coctio alimenti fuit, simile illis membris temperamentum adeptus est, quod dispositionem vltimam, & aptitudinem habet immediatam ad induendam formam eorum membrorum in fętu; quorum naturam non est sortitus in matre. Qui quidem sanguis quum vim nullam actiuam in conceptu habere debeat, spiritu non affluit; quare in

1. de gen. an. c. 2. et 20.

2. de gen. an. c. 4.

1. de or. an. hum. c. 28. & 52.

Arist. quo sensu feminam dicat fœtui solam materiam dare.

Menstruũ ex quo fœtus fit vt oriatur, & vbi.

Menstruũ cur spiritu non polleat, vt semen. partem crassam, & spirituosam non distinguitur, vt semen, cui & agendi, & patiendi ratio congruit; sed est mera corpulentia. E contra vero quod ex masculei corporis partibus rubeis, post earum nutricationem superstes; fetui membra rubra effecturum sub specie seminis in vterum effunditur, substantiam habet maxime, ac totam fere spirituosam. Sic igitur menstrui sanguinis, ex quo primo veluti ex materiali principio constituuntur rubræ partes conceptus, vnica est in femineo corpore generatio per tertiam coctionem editam in singulis membris rubris, & vniusmodi substantia; & hæc ambo ad vtriusque seminis differentiam.

Menstruum sanguinem, quo fetus primum constituitur, diuersam specie habere tum sedem generationis, tum substantiam, formam, ac temperaturam ab eo, quo fetus constitutus postea in vtero enutritur: adeoque duas esse menstrui species, seminariam, & alimentarem. Cap. XXI.

CEnsent vnanimes plerique omnes tum Philosophi, tum Medici Menstruum sanguinem, quo fetus primum in vtero constituitur, & quo constitutus deinde per vmbilicalia vasa ibidem enutritur, vnius, & eiusdem esse naturæ, speciei, ac temperaturæ; a quorum opinione vel inuitum me retrahit ratio: quum enim sanguis, ex quo primum generari debent carneæ, rubeæque partes in conceptu, in se obtinere debeat vltimam dispositionem, proximamque potentiam ad subeundã illarum vniuscuiusque formam, & animam; quippe Aristoteli actus actiuorum non fiunt nisi in patiente disposito, & actus vniuscuiusque solum in propria vniuscuiusque materia aptus natus est fieri; quum autem eodem autore vnumquodque a caussis naturalibus sic prorsum agatur, vt aptum natura est fieri; ac vicissim sic aptum natura sit fieri, vt reipsa fit; plane oportet sanguinem menstruum, ex quo singulæ partes fetus sanguineæ, rubentesue primum in vtero constituuntur

Menstruum, quo fœtus primo fit, diuersæ speciei esse ab eo, quo fœtus factus in vtero enutritur.

Actus non nisi in propria materia.

Agitur quodq; ut natum est fieri.

2. de an. t. 24. 2. de an. t. 26. 2. phys. t. 78.

untur, habere ad illarum omnium formas specificas vltimam dispositionem: quum autem specifica forma omnium rubearum partium vna non sit, sed multiplex ad earum numerum; nam specie dissident inuicem cor, iecur, lien, renes, pulmo, glans, labia, musculique singuli; & specifica forma pulmonis est anima vt prædita facultate cordis refrigerio inseruiendi; cordis forma est anima vt pollens virtute caloris influentis, & spirituum vitalium generatiua; iecoris forma est anima vt habens potestatem quatuor humorum procreatricem; & ita de ceteris: necessarium est illis singulis membris diuersam specie inesse temperaturam, quæ dispositio est eorum corpora idonea, & apta reddens ad tales facultates veluti ad sui formas specificas in sui generatione acquisitas, in vita retinendas: Sanguis igitur, ex quo singulæ partes rubræ in fætu procreari debent, necessario habebit omnes earum temperaturas speciales; at illas aliunde habere non potest nisi a materni corporis partibus eiusdem naturæ: non enim a seminis virilis ea portione, quæ primam sui duxit originem ex eo, quod superabundauit nutricatui membrorum rubentium masculi; quia hæc portio spermaris virilis alijs confusa, & permista est, non ab iis distincta penitus; quare distinctam ex se non habet operationem, qua temperiem inducat illarum partium propriam, disponatque materiam ad earum formam; habet autem vim gignendi formam substantialem in materiam dispositissimam; seu potius quæ non potest materiam ineptam apparare ad suam formam induendam, ea potest apparatæ iam materiæ propriam formam communicare; sic ignis in ligno existens non potest aerem propinquum disponere ad ignis formam induendam; at aeri per attritionem rarefacto, ac vltimam ad ignis naturam dispositionem adeo apto, ignis cum alijs elementis in ligno degens suapte vi, ac operatione propria ignis formam nullo negotio impertitur: non enim alia ratione Occidentales Indi ad

Specifica membrorum forma vt non sit vna.

Membra specie inter se dissidere.

Membrorum forma specifica quæ.

Sanguis ex quo membra fiunt, vnde habeat vltimam dispositionem ad eorū formam.

Masculeum semen cur neque at disponere mēstruum ad mēbrorū formam.

Agens q̄ neq̄t materiam apparare, apparatæ formam inderę posse.

Ignis vt gignatur ex lignorū affrictu.

vide c. 22

Indi Occidentales vt ignem excitiunt.

ad vſus domeſticos ignem ſibi comparabant, quam lignorum affrictu mutuo aerem intermedium pluſquam nimium atterentes : Ili ergo ſanguini menſtruo, ex quo fetus rubea membra vi ſeminis efficiuntur, origo eſſe non poteſt niſi ex eo, quod ſuperabundat nutricatui rubearum partium materni corporis; namque id ſolum habet conſimilem temperiem, & in ea vltimam diſpoſitionem ad illarum partium formam ſpecificam ſubeundam. Sanguis vero, quo fetus iam in vtero conſtitutus enutritur, quum omnes illius partes & albas, & rubras alere debeat, non ſolam temperiem temperiei membrorum rubeorum ſimilem obtinebit; quare non erit id, quod ſanguinearum partium matris nutricatui ſuperabunuit; id enim ad ſolas partes ſanguineas vltimam obtinet diſpoſitionem. Immo vero quum in fœtu iam condito, & ſe ſe nutriente adſint partes actu, quæ ali debent; illæ ipſæ appoſito ſibi alimento vi tertiæ coctionis vltimam imprimunt diſpoſitionem quæque ad propriam naturam induendam; eique ſimilem ſuo temperamento temperiem impertientur: Quare ſat eſt ſanguini, ex quo fætus in vtero alitur, habere remotam diſpoſitionem ad formam ſingularum partium corporis, & genericam temperaturam omnibus membris communem; talis vero ſanguis eſt, qui generatus in Iecore matris ad vterum labitur, & per vaſa vmbilicalia in fætus hepar ingreditur; vnde per totum corpuſculum embrij diſpergitur. Qui ergo ſanguis menſtruus appellatus in matre grauida retinetur ad vtilitatem fætus, duplicis eſt naturæ; alter in ſingulis partibus ſanguineis materni corporis ortus ex eo, quod illarum nutricatui ſuperabundauit, cedit in materiam, ex qua proxime generantur conſimiles partes rubræ in corpore fætus: alter in hepate matris genitus nullius membri habens ſpecificam temperaturam, ſed omnium genericam, & in ea potentiam remotam ad induendas naturas ſingularum

Sanguis alens fœtum in vtero cur diuerſus ab eo, quo fœtus primum factus eſt.

Sanguis alens fœtum vnde diſponatur ad induendam partium formam.

Sanguis alens fœtũ vbi gignatur.

Menſtruus fœtui neceſſarius duplicis naturæ.

rum

rum partium, quæ proxima fit vnicuique vi tertiæ coctionis; qui sanguis propterea idoneus est cedere in alimentum singularum partium conceptus, etiam spermaticarum. Horum autem sanguinum differentiam inde quoque aperte cognoscas, quia sanguis, quo fœtus enutritur, multis redundat excrementis inutilibus, quæ statim editus in lucem puer aluo excernit; quæque in eius vesica fellea, splene, intestinis, & alibi partim referuantur, partim in vrinã, sudorem, & pilos extruduntur: at vero sanguis, ex quo partes eius in vtero primum procreantur, nullo scatet excremento; quum natura ei concoquendo, atque purgando non inuigilet, vt illi, quo postea eædem genitæ sunt nutriendæ: Quod & Aristoteles nos docuit asserens. *Quum autem semen de mare accesserit in feminæ vterum, partem purissimam excrementi constituit: plurimum enim in menstruis quoque humoris inutilis continetur.* Est autem purissimum menstruum quod omnem coctionem expertum purgatum est ab omni excremento inutili. Sanguis autem quum excrementis non nisi per coctionem aliquam expurgetur; necessario constituendum est sanguinem, ex quo membra rubea fœtus primo constituuntur, defæcatissimum in matre multo plures concoctiones expertum fuisse, quam ille scatens adhuc excrementis plurimis, quo deinde membra omnia fœtus jam constituta enutriuntur: quum ergo duæ tantummodo coctiones in matre obeantur, quibus sanguis ab excrementis purgatur, secunda in corde, seu hepate; ac tertia in singulis membris, quæ nullum in sanguine relinquit excrementum inutile (prima etenim coctio in ventriculo non sanguinem, qui nondum exortus est, sed chylum purgat ab excrementis) oportet plane constituere fœtus in vtero partes primum rubras fieri ex sanguine tertiam coctionem in singulis membris rubeis materni corporis experto; factas vero deinde omnes fœtus particulas enutriri eo sanguine, qui secundam solum coctionem in iecore-

Menstruus qui cedat in alimentum partiũ spermaticarum.

Menstruũ quo fœtus fit, purius est eo, quo idẽ aliter.

A semine maris animari menstruum purissimum.

Sanguis vt excrementis purgetur.

Sanguini duæ tantum coctiones datæ.

Prima coctio vni chylo concessa.

iecore, aut corde materno susceperit. Addere liceat sanguinem in partium solidarum substantiam non verti nisi prius tertiam coctionem subiuerit, qua omnibus purgatus fuerit excrementis inutilibus; nec eundem sanguinem bis eandem coctionem perpeti posse; quid enim coctum semel eadem coctione recoquatur? an ne recruduit? nihil minus: quum igitur maternus sanguis ad vterum lapsus vi seminis generatrice nullius coctionis interuentu conuertatur in partes fœtus nouas; veteres autem alantur ex materno sanguine in fœtu tertiam coctionem subeunte; iam necessarium est sanguinem, quo primum fœtui membra generantur, omnes coctiones, ac proinde tertiam in corpore matris habuisse; illum vero, quo partes in fœtu genitæ postea nutriuntur, in matre duas tantummodo coctiones obtinuisse; ac proinde illum constitutiuum, ac seminarium esse, quod superabundat nutricatui singularum partiũ sanguinearum matris defæcatissimum; hunc vero nutritiuum esse partem materni sanguinis nouissime in illius iecore, cordeue geniti nondum ab omni sordium genere purgati. Præterea vero quando primæ constitutioni rubentium partium exillimarum conceptus plene sufficit ea portio sanguinis, quæ superest nutricatui sanguineorum membrorum feminæ; ipsa eadem vero sufficere nequeat alendis, & adaugendis omnibus partibus fœtus in vtero iam grandioribus; liquido sane constat membra rubra conceptus primum generari ex sanguine superabundante nutricationi consimilium partium materni corporis; omnia vero membra conceptus orta postea enutriri materno sanguine solam a matre secundam coctionem passo. Huc etiam facit, quod menstrua grauidis plerisque fluunt parce primo mense, parcius altero, reliquis mensibus omnino supprimuntur; hoc enim nulla alia de caussa contingit, nisi quia quum menstruus sanguis a natura mulieribus datus sit ob constitutionem, & ob alimentum constituti fętus in vtero; proinde quę uterum non gestant gestare valentes eum superabundantem statis temporibus emittunt;

Sãguis non vertitur in substantiam partiũ nisi passus tertiam coctionem.

Menstruum primo partes fœt⁹ constituit nullius coctionis opera.

Mẽstruus, quo i fœtus alitur, duas coctiones n matre habuisse.

Menstruorũ fœtui necessariorum varietas.

Menstruum, quo alitur fœtus non esse aptum primæ illi⁹ constitutioni.

Menstruæ fluxionis stilus.

tunt; at grauidis primo mense necessaria est sanguinis portio, tum ad constituendas partes rubras in conceptu, tum ad eas exiliores constitutas enutriendas, & sensim sine sensu adaugendas; quare insumpta eius, qui vtero tuere consueuerat, sanguinis parte defæcatissima, quæ superabundauit nutricatui partium sanguinearum matris, in generationem consimilium membrorum fætus; & partis nondum tertiam coctionem passæ debita portione consumpta in alimentum constituti conceptus; necessario purgationes vteri euidenter in primo grauiditatis mense minuuntur; sed ingruente deinceps pluris alimenti necessitate pro nutriendo grandiori fætu, eodemque semper vlterius in omnem dimensionem ad augendo, totius menstrui sanguinis vtraque species in alimentum puero cedit; vnde nulli fluunt menses toto gestationis tempore. Nisi etiam dicamus menstrui seminarij partem seruari in vasis prope vterum sitis, ad superfætationem, si quando eam fieri contingat. Hæc mihi persuasere fætus membra rubea in vtero primum constitui ex eo sanguine, qui defæcatissimus post tertiam coctionem redundauit nutricatui partium rubearum corporis materni; fætus autem constituti omnia membra postea nutriri sanguine solam secundam coctionem in maternis visceribus adepto; ac extra tempus grauiditatis vtrumque hunc sanguinem sine vllo vsu in corpore femineo redundantem statis diebus singulo mense simul ex vtero excludi: Quæ societas in exitu horum sanguinum plerisqueomnibus imposuit, ne ipsos ab inuicem discernerent.

Menstrui, quæ pars ad superfætationē, & vbi seruetur.

Fætus membra rubra solū menstruo constitui seminario.

Omnia vero ali nutritorio alterius speciei.

Cur alij menstrua specie nō distinxerint.

Materni sanguinis portio purior qua ratione famuletur conceptus constitutioni; & quo differat a semine proprie dicto, quoue illi conueniat.

Cap. XXII.

MVlieris itaque sanguis primæ conceptus constitutioni necessarius, quemadmodum est alimenti portio cunctarum partium materni corporis non spermaticarum nutricatui superabundans; ita materia est bene disposita, ex qua seminis tum masculei, tum quoque feminei simul in vnum agens adæquatum coniuncta substantia primo conceptum instituat eidem prius sibi copulato, ac optime permisto sanguini propriam animam communicans; deinde vero membrorum non spermaticorum fabricam admoliatur, prius quidem heterogeneas menstrui partes, ob varia temperamenta in materno corpore a membris, vnde hic suam originem duxit eorum nutricatui superabundans per tertiam coctionem acquisita, segregans caloris ministerio; postea segregatas suis quasque locis oportunis collocans, nempe in sede propria, vbi quodque membrum fætus procreari debet proportione illi respondens, a quo duxit originem, & consimile temperamentum; ac postremo singulis rite dispositis propriam illarum partium figuram concilians, ad quam singulæ obtinent specialem dispositionem. Hanc autem vltimam dispositionem, ac omnino determinatæ speciei temperaturam consimilem temperamento partium rubearum matris, quarum nutricatui superabundauit, sanguinem hunc non posse acquirere ab ea portione seminis masculei, quæ obtinens consimilem temperaturam redundauit nutricationi consimilium partium paterni corporis tum supra ostendimus, tum etiam nunc ex eo monstrare possumus

Maternus sanguis vt fœtum constituat.

Maternus sanguis vnde hausit vltimã dispositionẽ ad mẽbra determinata.

Semen masculeũ cur disponere nequeat mẽstruũ ad membrorũ formam indpendam.

cap. 21.

mus ; quia portio illa paterni seminis commistam habens cum femineo, & alia portione masculei spermatis totam sui substantiam cum prædominio eorundem, non habet suum temperamentum in actu perfecto, ac liberum, quo alijs ociantibus temperiem illi consimilem in menstruo procreare possit; secus enim ea portio ignis, quæ ratione mistionis in manu, ligno ue reperitur, appositum sibi combustibile incendere deberet; quod experimentis minime consentit; quare ducta ex Aristotele ipso ratione, portio masculei seminis ortum habens ex alimento redundante nutricani rubearum partium genitoris mista cum femineo spermate, ex residua patris genitura ex albis membris originem trahente, non potest materno sanguini dispositiones speciales, ac temperaturas determinatas consimilium membrorum impertiri; quibus tamen illorum propriam figuram communicare potest, ad quam vltimam iam obtinent dispositionem, tum quia facilius est materiam dispositissimam ad formam adipiscendam perducere, quam ineptam ad eam disponere; dispositio namque fit remouendo contrariam qualitatem positiue reluctantem; tum quia idem efficiens in varie dispositam materiam varias formas necessario procreat; siquidem quod recipitur per modum recipientis recipitur: sic plane proximum generans viuentia sponte nascentia materiam eorum ad animam disponere non valens, illi aliunde apparatæ statim animam in formam viuificam impertitur; vt late demostramus in opere *De spontaneo viuentium ortu*, quod prope diem Deo bene fauente inuulgabimus: sic plane, vt notabamus, ignis in ligno existens aerem sibi conterminum ad igneam naturam disponere nulla ratione potest; sed illi attritione disposito igneam naturam facillime communicat; diccebamus enim Occidentales Indos lignorum simplici affrictu ignem excutere non alia ratione, quam in aerem attritione vltimam dispositionem ad ignean.

2. de an. t. 52.

Cur ignis in ligno degēs non vrat lignum.

Facilius est materiæ dispositæ formam dare, quam ineptam disponere.

Recipi omne p modum recipiētis.

Ignis in lignō degens vt aerē incendere possit.

formam adeptum, igne in misto ligno existente consimilem suæ formam generante, ac nouo igne ligni materiam combustibilem sibi propinquam apprehendente: sed hæc alibi fusius. Porro maternus iste sanguis, qui purum est materiale principium sobolis aptum a femine pati, esse partem alimenti redundantem nutricatui rubearum partium materni corporis, non autem spermaticarum, præter allatas dudum rationes, illius color rubeus, & naturale temperamentum calidum, & humidum apertissime prodit: Quæ siquidem portio vtilis alimenti superabundat nutricationi alicuius membri solidi, necessario ea est, quæ tertiam coctionem passa illi membro in colore, atque in temperamento similis facta est, cui statim essentialiter, siue intime agglutinari, & in quod immediate per nutricationis actum poterat commutari; assimilatio namque in primis, & secundis etiam qualitatibus præcedit alimenti transmutationem in alendæ partis essentiam; facilis enim & immediata mutatio inter similia fit Aristoteleo decreto: Quum igitur carnosæ partes rubræ sint omnes; calidoque, & humido temperamento polleant; spermaticæ vicissim candidæ; ac temperie semper quidem frigidę, alias humidæ, vt cerebrum; alias vero siccæ, vt ossa, cartilagines, & nerui; plane iam constat maternum sanguinem fætuum constitutioni deseruientem esse residuum alimenti superabundans nutricationi partium materni corporis rubearum, quę carneæ vocantur, non autem albarum, quas vulgo spermaticas appellant. Quum autem hic sanguis superstes nutricatui carnosarum partium in se retineat acquisitam temperaturam similem temperiei membrorum, quorum nutricationi superabundauit, atque in ea dispositionem vltimam ad eorum naturam induendam, potentiamque proximam ad hoc vt ab efficiente congruo in membra consimilia transmutetur;

Menstruum fætũ constituēs ortũ habere ex membris solum rubeis matris.
Menstrui temperamentum.

Assimilatio q; præcedat mutationem alimẽti in partium substantiam.

2. de gen. t. 25.

Varia membrorum temperamenta.

tur; propterea ex eo sanguine solæ partes embrij carnosæ, ac rubentes in vtero efficiuntur, non autem albæ, ad quas non habet vltimam dispositionem; siquidem actus actiuorum non fiunt nisi in subiecto disposito, atque in propria vniuscuiusque materia, vt dudum vidimus ex Aristotele. Atque in hoc a semine masculeo dissidet cum femineum sperma, tum maternus sanguis seorsum; in quo ab illo hæc duo simul iuncta non dissident; quando feminei seminis materia est portio alimenti superabundans nutricationi partium candidarum materni corporis; sanguinis vero menstrui substantia fœtui generando dicata est portio alimenti redundans nutricatui partium muliebris corporis rubearum; quum semen masculeum originem ducat a portione alimenti superabundante nutricatui omnium, & singularum partium paterni corporis. Non retinet autem vlla pars masculei seminis colorem rubeum, quia temperamento testium candidam substantiam retinentium sanguis in semen dealbatus est: quam dealbationem sanguis menstruus constituendo conceptui necessarius non patitur; qui a maternis testibus, ad quos nequaquam peruenit, minime concoquitur: Sanguinem vero coctione, mutationeue recepta in candido membro albefieri, apertissime constat ex lacte, quod nihil est aliud, quam maternus, ac menstruus ipse sanguis in mammarum glandulosa, & alba substantia concoctus. Seminis itaque virilis ea portio, quæ nutricatui carnosarum partium masculi superabundauit, ruborem pristinum a testibus exuitur, non autem pristinum temperamentum, quo in illo existens anima vtitur ad efformandas singulas partes carneas corpusculi fætus in ea materia, quæ a rubris etiam membris materni corporis enutritis superabundans effluxit. Sic ergo materni sanguinis fætum in vtero primum constituentis, ceu materiale principium carnosarum partium, origo est ex alimento redundante nutricatui membrorum rubeorum feni-

Menstruum quas determinate partes fætus constituat.

Cur alba membra non constituat.

Seminis feminei, masculei, et menstrui discrimen in ortu.

Semen masculi ex rubris partibus ortum cur non retineat ruborem, vt menstruum.

Sanguis coctionem patiens in mammis albescit in lac.

Semen vt vi testium pristinum colorem exuat, non temperaturam.

Menstrui operatio in constituendo fœtu.

feminæ; Vsus autem, siue operatio eius est, vt commistus cum vtroque semine primum inde animam spermatum recipiens conceptum instituat; deinde vero ab anima seminis calore vsa illius partes a varijs membris originem habentes, ac heterogeneam inde temperaturam, ab inuicem secernantur; deinceps autem segregatæ illæ ab eadem anima certis locis collocentur singulæ in ea sede, vbi pars rubra fœtus fieri debet proportione respodens illi maternæ, ex cuius nutricatui superbundantia originem traxit: ac denique figuram ab eadem anima recipiant illius membri determinate, cum quo a primo suo exortu consimilem nactæ sunt temperaturam, & in ea determinatam ad ipsum habitudinem, vltimamque dispositionem. Quod enim plerique statuunt menstruum esse fœtus constitutioni, & nutricationi prorsus ineptum, quia eius natura virulenta sit, ac propemodum venenata, nihil nos turbat; quibus menstrui pura substantia salubris est; virus autem illi solummodo inest vel ex commistione excrementorum, quæ natura studet simul cum menstruo foras expellere: vel ex aliqua morbosa disposi-tione redundantem hunc sanguinem inficiente: at sanguis fœtui constituendo, & nutriendo aptus omni labe vacat, & purissimam obtinet substantiam in sana muliere.

Ad humani conceptus constitutionem vterum feminæ rationem effectricis caussæ disponentis, at secundariæ obtinere octo suis functionibus specie distinctis; Quæ omnes sigillatim explicantur. Cap. XXIII.

HVmano conceptui physice constituendo vterum femellæ necessarium esse præter eos, qui opinantur homines posse spontaneo exortu nasci, neminem latet: Nos autem id nunc gratis accipimus, homini spontaneam generationem aptari non posse alibi suo loco demonstraturi. Quam autem rationem habeat vterus in constituendo fætu, non ita cunctis est in propatulo; alijs asserentibus eum esse caussam, sine qua non, vt cuius nulla sit actio, sed vsus tantummodo; alijs existimantibus illum esse caussam adiuuantem virtutes seminis; alijs demum caussam instrumentariam. Ego vero dixerim vterum esse in constitutione fætus caussam secundariam, non quidem pure instrumentalem, sed inter per se, & a se agentes non principem locum obtinentem; siquidem instrumentum non nisi ab alio motum, & in virtute alterius operatur; Vterus autem quamplures habet actiones proprias in constitutione fetus, in quibus obeundis a nullo alio peculiari agente dependet; atque adeo non est agens instrumentale. Immo vero quum vel ociante semine vterus suas functiones edat, & in ipsummet semen agat, ceu in patiens; propterea non erit mihi vterus adiuuans caussa; efficiens enim erga materiam adiuuantis caussæ rationem non habet: Ac demum quum præter vsus proprias functiones obtineat vterus, non potest recte constitui solummodo caussa sine qua non. Verum quoniam vteri actiones præcise non terminantur in constitutionem fetus, sed maxima ex parte in disponendis caussis fætum constituentibus ad suum munus obeundum; propterea vterum libenter appello caussam secundariam, siue disponentem, non autem

Vterum fæminæ constituēdo necessarium esse.

Hominē haud sponte nasci.

De spon. nin. ortu.

Aliorum opiniones de vteri functionib. erga fætum.

Vterus in fætu constituēdo nō est purum instrumentum.

Sed agens a se.

Multiplices edit actiones.

Vterus non est adiuuans caussa.

Non pure caussa sine qua non.

Vteri actiones maxima ex parte in disponēdis caussis fætus.

Vterus caussa fœtus secundaria vt sit.

Vteri prima functio q; & quomodo fiat.

Mas quousq; semen effundat in vterum.

Galen. 1. de semine.

autem primario fœtum constituentem. Et profectò prima vteri functio est vt virtute, qua pollet, attractrice vnius masculei seminis a proprietate naturæ illud in coitu effusum à mare non vltra su ceruicem intus attrahat, alliciatque in fundum suæ capacitatis eo prorsus modo, quo famescens ventriculus per gulam ex ore comedentis cum mira voluptate quodam tristis sensationis vestigio condita cibos in suum sinum rapit non tantum sibi; quantum vniuerso corpori trahens, atque prospiciens: sic enim vterus virile semen e ceruice intro sugens non tam sibimetipsi, quam constituendo fętui prospicit apertè; sibi quidem, quia irrigatus eo humore lento maximopere lætatur; fętui vero, quia eius gratia primario instituto semen exoptat naturæ instinctu. In hac autem functione semen attractum patitur, vterus vi animæ suę calore sibi famulante attrahens primario agit. Secunda vero vteri functio est attractio item seminis feminei ex testium muliebrium vasis supra vterum in abdomine sitis intra eandem sui capacitatem; vterus enim adeo conceptus constitutionem natura desiderat, vt necessaria illi principia extra se posita, & ab inuicem locis distantissimis, oppositisque discreta susque deque alliciens intra se congreget: in qua secunda functione vterus vi animæ suæ caloris ministerio vtentis attrahit; attrahitur muliebre semen ex intima reconditorum testium substantia, vasorumue spermaticorum finibus vsque ad vteri criptam. Tertia vteri functio est seminum vtriusque parentis copulatio, & coniunctio ad inuicem, quam molitur vterus se se in omnem partem constringendo; hanc ego libenter appello seminum coniunctionem, ac si placet, cum Barbaris aggregationem, non autem permistionem; quia mistio fit miscibilium copulatorum mutua ipsorum ad seinuicem actione, ac passione, citra vllam vteri, aut continentis functionem; sic elementa plane ab externo agente in vnum

Vterus vt non soli sibi semen allicit, sed etiã fœtui.

Vteri secunda functio.

Vterus vt in se alliciat semen femineum.

Vteri tertia functio vt fiat.

Mistio seminũ ab vtero cur nõ fiat.

vnum congregata locum, ipsa sibi ipsis postea per mutuam actionem, & passionem miscentur, nullo interim extrinsecus agente; vt colligere licet ex Aristotele. Quarta vteri functio est effusio ex venis ad se terminatis menstrui sanguinis supra seminum congeriem, laxatis earum osculis, quæ ad ipsius interiorem superficiem finiuntur; seu verius attractio itidem ex ijs venis, cum cæco, & naturali delectu eius portionis menstrui sanguinis, quæ nutricatui carnosarum partium materni corporis redundauit; quæ portio intra vterum prius coarctatum tracta necessario agglutinatur seminibus in eo præexistentibus. Quinta vteri functio est trium horum in vnum corpus coeuntium retentio; ad quam exacte peragendam contrahit se se vterus, & omnia sua claudit orificia cum euidenti mulierum animaduersione, quas non latet huiusmodi vteri corrugatio plerumque a concubitu. Sexta vteri functio est excitatio virtutis in semine antea torpentis de ocio ad negocium, ac omnino de actu primo ad secundum; vt enim medicamenta in ventriculum data, seu quomodocunque aliter in corpus intrusa nihil vnquam agunt nisi prius a viscerum natiuo calore in eis veluti sopita virtus ad agendum excitetur; ita semen vtrumque menstruo sanguini sibi copulato suam animam non communicat conceptum instituens, constituensque, nec illa in subditam sibi materiam agit discernendo partes heterogeneas, discretas ordinando, & ordinatis formam determinatorum membrorum conciliando, nisi excitata de actu primo ad secundum ab vteri forma proprio temperamento, & caloris insiti ministerio vsa: cuius illud indicium est apertissimum, quod in quemcunque alium locum, siue in humano corpore, siue extra corpus congregentur, ac foueantur semina cum sanguine menstruo, nullum conceptum edent vnquam, aut efformabunt, vel Theophrasto Germanico reclamante. Neque etiam damus acutissimo Laurentio conceptione facta cessare vteri actionem; si enim vteri actio necessaria est ad excitan- dam

1. de gen. c. 87. & seqq.

Vteri quarta functio quæ, et quomodo fiat.

Vteri quinta operatio vt fiat.

Vteri sexta functio quæ, et quomodo fiat.

Seminum virtus actiua vt ab vtero excitetur ad operandum.

l. 2. q. 24.

Conceptione facta cessare vte-

actionem falso credidit Laurentius.

dam virtutem seminis vt conceptũ efficiat communicãdo suam animã sanguini menstruo sibi aggregato; quidni eiusdem vteri actio necessaria erit ad excitandam seminis virtutem vt partes heterogeneas subditæ sibi materiei disgreget, disgregatas ordinet, ordinatis membrorum humanorum figuras impertiatur? Sed vlterius septimam vteri actionem arbitramur, facto iam, & organizato fætu, attractionem sanguinis a venis maternis in vmbilicalia vasa pro conceptus nutricatione, & augmento; tanta enim haud pollent attractoria facultate nuper constitutæ partes in exilissimo fætu, qua possint vltro sibi a distantissimis venis maternis per vmbilicalia vasa sanguinem in alimentum allicere; sed vt videmus infantibus recens natis matres alimentum porrigere, adultos ex se illud sibi conquirere; sic fætus primis temporibus a conceptu enutriri dicendus est alimento sibi ab vtero veluti porrecto; at grandior effectus virtute sua illud ipsum sibi a materno corpore per vmbilicum attrahere. At Octaua, siue postrema vteri functio partus est, siue maturi fætus exclusio; si enim ventriculi functio est tum noxiorum per vomitum reiectio, tum naturalium excrementorum in intestina deiectio; si vesicæ actio est vrinę in mictu profusio; si recti intestini est fæcum euacuatio; si cordis, & pulmonis operatio est Medicis omnibus fuliginum exclusio; si testium masculeorum, & genitalis est in venere seminis effusio; cur illi nobiscum haud numerent inter proprias vteri functiones maturi fętus exclusionem, quam vulgo partum appellamus? In hac sane operatione patiens, quod excluditur, maturus fętus est; agens primarium vnus est vterus, aperiens vtrumque os, & ceruicem dilatans, ac se se corrugans in fundo; cui non minus quam violentæ respirationi, vehementique; ac naturali fæcum deiectioni auxiliantur musculi abdominis, & diaphragma deorsu

Vteri septima functio.

Vterus cur trahat sanguinem ad fætũ nutriendum.

Fætus in vtero vt se habeat ad alimentum.

Vteri octaua functio.

Vterus quomodo fætum partu excludat.

orsum comprimendo; non reluctante fętu, immo vero etiam vltro ad exitum inhiante. Tot itaque sunt veræ actiones vteri erga fętum.

Quinque esse vteri vsus erga fetum, quique illi proprie sint.
Cap. XXIV.

VSus aũt vteri quinque tantummodo sunt in embrij cõstitutione; vnus quidem, vt sit locus, in quem cuncta humano fętui constituendo necessaria principia tum actiua, tum quoque passiua proxima corporea congregentur; actio namque physica omnis per contactum fit, & per applicationem actiuorum passiuis: nullus autem extra vterum locus est, in quem commode semina, & menstruus vterque sanguis constituendo, & alendo, augendoque fętui necessarius conuenire queant. Secundus vero vteri vsus est, vt sit locus, in quo contineatur materia conceptus in hominem organizanda; nisi enim ea stabilis, ac firma in loco determinato contineretur, vis actiua seminis illam animare, atque conformare non posset; fluens namque, ac temere hac illac dilabens ab efficiente non attingeretur; nec impressas sibi formas in se retineret; qua re nec ab agente animari, nec animata posset ab eodem organizari; hæ siquidem sunt functiones physicæ, motusque naturales, qui non nisi per contactum fieri valent. Tertius autem vteri vsus est, Corpulentia sua vndique conceptum, ac fętum ambiente, propulsare omnia extrinsecus occursantia, quæcumque tenerrimam embrij substantiam facile labefactare possent. Quartus deinceps vteri vsus est, naturali suo temperamento, mitique calore vtriusque seminis calorem fouere, maternique sanguinis dispositionem idoneam conseruare. Quintus demum vteri vsus est, calorem, ac spiritum influentem semini propinare in organum, quo commode vtatur ad omnes suas operationes rite obeundas:

Vteri primus vsus.

Vteri secundus vsus.

Actiones, motusque naturales fiũt per contactum.

Tertius vteri vsus.

Quartus vteri vsus.

Quintus vteri vsus.

Calor insitus instrumentũ seminariæ animæ primarium.

Calor influens instrumentum seminis.

vt enim anima seminis eiusdem temperamento, insitoque calore vtitur vt instrumento primario ad operandum; ita seminis temperies, calorque connatus non est aptum generantis animæ instrumentum, nisi calorem influentem adiunctum habeat; quod vel in animali perfecto euidenter inspicias; intercepto enim fluxu spiritus, & caloris influentis a corde vel ad reliquum corpus in syncope, vel ad aliquam partem, secta, aut vincta quapiam arteria, illico partes priuatæ calore, ac influente spiritu ceu mortuæ omnem vitæ operationem intermittunt; at vero in conceptum calor, & spiritus influens nonnisi ab arterijs vteri, cui adhærescit, ac omnino per vterum, influere potest.

Calor influens semini non nisi a matre.

Tot ergo, talesque sunt functiones, & vsus vteri in constitutione conceptus; quibus dum vterus plene satisfacit, fætui optime consulere dicitur, ac rite suo munere fungi.

Parentum animæ in constitutione fætus sunt agens remotum, non vtuntur semine vt instrumento, & proprie quid; & qua ratione operentur.

Cap. XXV.

ALlatæ dudum fuere caussæ physicæ in constitutione fætus necessario, & proximæ operantes; nunc illæ considerandæ remanent, quæ in eadem functione aut remote, siue mediate; aut per accidens operari dicuntur, non tamen inter communes reponuntur; vti sunt cælestia corpora, motrices Intelligentiæ, ac Deus Optimus; sed inter illas proprias, quæ ad parentum naturam pertinere visuntur. Porro in fætus constitutione hoc modo remote, seu mediate parentum animæ operari statuendæ sunt, per se tamen, & necessario; quo nomine Aristoteli homo hominem generat virtute animæ propriæ; non quidem quia pa-

Animæ parentum sunt caussæ propriæ, sed remotæ concept⁹. Per se tamen, ac necessariæ. Homo vt hominẽ generet Ari.

2. phys. t. 13.
3. phys. t. 17.

parentis anima ſit cauſſa fætus efficiens primaria, & immediata ſemine vtens velut inſtrumento; quod multis placuit viris doctiſſimis; nam cauſſa per ſe primo, & immediate fætum conſtituens vna eſt anima ſeminis; pater autem eſt agens remotum; nec ideo ſemen agit quia ſit ex homine, ſed viciſſim homo agit, quia ſemen eſt aliquid ipſius; quæ omnia tum ex ſuperioribus aperte patent, tum clare ab Ariſtotele proponuntur alicubi afferente, *Tale autem ſua natura ſemen eſſe requirit, vt ex eo primo oriantur ea, quæ ſecundum naturam conſtituuntur.* non igitur humanus conceptus ex ſemine oritur, ceu ab inſtrumentaria cauſſa; nam inſtrumentum non eſt id, ex quo aliquid primo exoriatur, ſed ſemper eſt cauſſa ſecundaria operans in virtute agentis præcipui; quale non eſſe ſemen ſtatim apertius ſubdit Ariſtoteles inquiens, *Non quod ex illo verbi gratia homine aliquid ſit, quod agat: ſit enim aliquid ex hoc, quia ſemen eius eſt.* Si ergo ſemen non agit in conſtitutione conceptus, quia ſit aliquid a parente proueniens; atque adeo parens cauſſa ſemini non eſt vt operetur, nec ſemen agit in virtute parentis; ſed potius ſemen ſuapte natura operans cauſſa eſt vt parens, a quo prodijt, operari dicatur; quia ex parente oritur filius eo quod ſemen, ex quo proprie, ac primo naſcitur, eſt fructus parentis; plane conſtat ex Ariſtotele ſobolem a parente non naſci proxime vtente ſemine ceu inſtrumento, ſed immediate conceptum fieri a ſemine operante virtute propria, a parentibus vero nonniſi vt a cauſſa remota; Quod paullo poſt apertiſſime confitetur Ariſtoteles addens, *Genitura igitur id vocatur, quod a generante proueniens cauſſa eſt, quæ prima obtineat principium generationis; videlicet in ijs quæ coire natura voluit:* ſi ergo ſemen eſt cauſſa prima obtinens principium generationis, quomodo poteſt agere vt inſtrumentum parentis in actione ab eo dependens? Sed reuera parentis anima, ſeu mauis homo conceptum humanum procreat ſub ratione cauſſæ

1. de gen. c. 18.

Semen non agit vt inſtrumentũ animæ parentũ.

Fætus cauſſa prima quæ.

Pater eſt agens remotum.

Inſtrumentum non eſt cauſſa prima.

Semen non agit quia ſit aliquid ex parente.

Semẽ cauſſa eſt vt pater agat in conceptu.

Semen agit virtute propria.

Homo cur conceptũ cõſtituat remote ſeu mediate.

Homo cur conceptum constituat remote seu mediate.

sæ remotæ, quia mediante semine, non famulante semine; videlicet anima paterna in procreatione vltima prolifici seminis in testibus quoad partes vegetalem, ac sensitricem consimilem sibi generante in semine, vt antea explicauimus; licet alibi de proposito paullo aliter; dies enim diem docet; *Cap. 6. & 17. de ort. an. hum.*

Anima seminis comparatur ad aīam parentis.

genita vero hæc anima seminis ex se nihilominus vim habet constituendi conceptum, ac anima paterna vim ex se habuerit constituendi, & animandi semen absque eo quod in illa functione fuerit alterius animæ instrumentum; sunt enim animæ ambæ vnius, & eiusdem speciei. Anima vero materna & hac ratione quoque remote prolem in se producit procreando sibi similem animam vegetalem, & sensitricem in femineo semine per vltimam

Vt aīa feminæ plura agat semper in fetū quā masculea.

generationem illius in testibus; quæ anima genita ex se vim habet constituendi conceptum; & ea etiam alia ratione, quia post congressum cum masculo matris anima animam seminis, ac fetus in

Fœtus quasi pars adnata matri.

vtero existentis, quasi formam partis subdito sibi corpori adnatam, agnatamue, ad aures Aristoteles, assidue fouet, atque gubernat quoquopacto *3. de gen. an. c. 2.*

Vt anima feminæ gubernet animam seminis in constituendo fœtu.

in omnibus suis muneribus obeundis, non quidem actione vlla voluntaria, & cognitionem includente; sed functione mere physica, & citra omnem cognitionis actum; qua ratione Mens etiam Aristoteli dicitur fætum in vtero facere hominem, & postea semper toto illius æuo animare, perficere, ac viuificare, nullius cognitionis in- *2. de gen. an. c. 3.*

Mens non agit omnia cū cognitione.

teruentu: Qua ratione quoque sine vsu notitię in homine quamuis adulto pars animæ intellectiua, & sentiens gubernare vegetalem dicuntur in omnibus suis functionibus obeundis pure na-

Sentiens anima quæ præstet sine cognitione.

turaliter; vt alibi latius explicauimus. Quæ quidem parentum anima vbi seminis, ac fætus virtuti conceptum formanti, conformantique congruens præstiterit auxilium, optima fit embrij constitutio; *Lib. de vita.*

sin

sin minus, contra. Hinc illi facessant, quicunque asserunt vim organizandi conceptum necessario esse aut paternam animam, aut maternam, eamque consilio, seu cogitatione vtentem: quomodo enim paterna erit, si pater mortuus esse potest paullo post venereum congressum, priusquam incipiat institui conceptus, & organizari fetus? conceptio enim fieri potest Aristoteli non ante sextam diem a concubitu. Quomodo materna erit anima, quæ fetus organa format, si organizatio est eidem Aristoteli partium viuentium generatio efficienti primario adscribenda, cuiusmodi non esse mulieris animam nec absolute, nec ad masculeam vniuersaliter comparatam omnes confitentur? Virtus ergo conceptus constitutrix, & embrij conformatrix est anima seminis, fetusue, quæ, vt Themistiaca phrasi vtamur, fabricatur, architectaturque sibi conueniens, accommodatumque instrumentum; deformat ipsa sibi, & præparat domicilium non deformatum ante, & præparatum. Quam theoriam aperte suadet ratio alia, & profitetur Aristoteles; ratio quidem suadet, quia natura omnis indiuidua sine cognitione operans in operatione sua non studet solum alijs prodesse; at primum sibi metipsi; parentum ergo anima non ea est, quæ fætui organa condit; sed seminis, ac fætus anima sibi molitur instrumenta, quibus vsura est in vitæ muneribus obeundis; quum filiorum membra physice non sint organa, quibus parentum animæ ad quidquam operandum vti debeant. Aristoteles autem id ipsum profitetur alicubi dicens remotum esse a ratione viscera, & alia membra fieri ab agente, quod sit extra naturam seminis, & non ab anima in semine insita: Sed reuera parentum anima est organizationis caussa remota, & materna præcipue seminis, ac fœtus animam

Vis organizans fætũ non est facultas ãĩæ paretum.

7. hist. c. 3.

Conceptio fieri potest die a venere sexta.

2. de gen. an. c. 1.

Vis fætum formans est facultas animæ seminis, seu fætus.

1. de an. c. 22.

Natura omnis primũ sibi prodesse studet, deinde alijs.

Filiorum membra physice non sunt organa deseruentia animæ parentum.

2. de gen. an. c. 1.

Membra fieri a virtute vnius seminis.

4. de gen. an. c. 4.

mam gubernans in omni functione sua obeunda; siue primam conceptionem, seu menstrui animationem consideres; siue discretionem partium heterogenearum conceptus; siue disgregatarum ordinationem; siue ordinatarum configurationem.

Imaginatio parentum quæ, & quomodo promoueat conformationem fętus in vtero: speciatim qua ratione generentur in corpore filiorum maculæ, ac imagines rerum a parentibus expetitarum, & alta cogitatione præcognitarum.
Cap. XXVI.

Imaginatio parētum quem locum habeat in formatione fętus.

Difficilis contemplatio de ortu macularum in fętu a parentum imaginatione.

Imaginatio parentis indit fętui figuras rerum expetitarum.

Iacob vt oues cogebat parere fętus variegatos.

Imaginatio non est organizatio nis cã necessaria.

INter caussas naturales conceptus humani constitutionem, conformationemue promouentes plerumque insignem sibi locum vendicat parentum Imaginatio; de cuius actione propria in conformando fętu nobis in præsentia tractandum est: Arduum, sed pulcherrimum nostræ contemplationis huius argumentum; in quo ab omnibus plusquam nimium expetito neminem adhuc sapientem videre licuit sibimetipsi plene satisfacientem: Afferam quæ mihi post diuturnam propositi meditationem nunc denique in mentem venere: faxit Deus optimus vt scopum veritatis attigerim. Parentum imaginationem fętui, dum in vtero formatur, simulachra rerum concupitarum, aut quomodocunque aliter alta cogitatione defixarum, imprimere, communi omnium iam hominum consensu receptum est, & a sacra pagina bellissime confirmatum mirifica solertia Iacob oues soceri sui Laban maculosos, ac variegatos fętus parere cogentis virgarum ex parte decorticatarum colore vario, quem ob oculos ouium, & arietum posuit in ipso calore coitus. Quoniam vero non semper imaginationis vi conceptui rerum alienarum imagines inprimuntur; propterea caussa hæc figurandi conceptum, ab imaginatione deprompta necessaria non est, neque per se, ast mere per accidens. Imaginatio vero, quæ fętui figuras rerum suapte vi potest imprimere, Gen.c.31

imprimere, non leuis, sed vehemens aut ob fixionem, aut ob diuturnitatem, aut ob vtrumque hoc, esse debet. Vehemens autem imaginatio concupitæ rei a parente femina simulachrum corpori puelli spirituum interuentu imprimit; & potius conceptui rerum imagines insculpit, quam parentum corporibus eorum phantasia; quia facilius est in molli materia quam in dura imagines insculpere. Hucusque viri sapientes. Nos autem primo huiusmodi caussam non mere accidentalem existimamus; est quidem parentum imaginatio accidentalis caussa conformationis fœtus; quia illa imago, quam fœtui insculpit, conceptui per se non conuenit, sed pure per accidens: at illius imaginis phantasia parentum caussa est per se, ac necessaria; quia talis imaginationis præsentia, vel absentia, fœtus per se primo talem figuram induit, vel non induit. Deinde vero adijcimus non solum a materna, verum etiam a paterna imaginatione in corpore fœtus rerum simulachra pingi; sed cum discrimine fere accidentali, tum quia pater ob imaginationem vehementem vel in ipso venereo congressu, vel paulo ante ipsum imagines rerum spiritui seminis, & per ipsum fœtui communicat; mater vero etiam post conceptionem: tum quia pater nonnisi vigilans id efficere posse videtur; mater autem etiam dormiens per somnium varias imagines alienarum rerum sibi confingens: tum quia pater nonnisi mediante semine fœtui rerum formas imprimit; materna vero imaginatio etiam immediate, vt mox apparebit: sed in modo interiori, & in essentiali ratione talia simulachra rerum in conceptu efformandi conueniunt ambo parentes; qui modus ita ex rei natura nobis est aperiendus. In primis itaque statuimus rerum imagines vehementer parentum phantasiam afficientes imprimi spiritibus in humano corpore degentibus veluti earum vehiculis, etiamsi spiritus illi non agnoscant res per eas imagines representatas; quod multiplici experimento, & ratione confirmari potest: similiter enim a co-

Quæ imaginatio fœtum figuret

Quo instrumento.

cur potius fœtui, quam parentibus notas inurat.

Imaginatio nō est figurarum fœtus caussa mere per accidēs.

Imaginatio et paterna fœtum figurare potest.

Quo differat a materna in hoc opere.

Imaginatio matris dormientis potest figurare fœtum.

Et immediate.

simulachra rerum in parentū spiritibus vt imprimantur.

Spirit⁹ etsi non agnoscant, recipiūt tū in se rerū imagines.

Figura, & color obiecti visilis vt in perspicuo recipiatur.

colorato corpore imprimitur imago coloris, & figuræ propriæ, ac omnino species eius visibilis perspicuo illuminato, siue interminato, cuiusmodi est aer, siue terminato, vti est speculum; etiam si neutrum horum perspicuorum cognoscat obiectum visibile per eam suceptam speciem representatum: sic etiam sonorum species a sonatiuis corporibus aeri moto imprimitur sonum haud cognoscenti: sic odorum species halituosæ exhalationi ab odorato corpore diffluenti ceu vehiculo inditur odores non percipienti: sic plane imagines rerum omnium sensibilium ab organis externorum sensuum in corporis pene superficie degentibus ad interiora sensus communis, & phantasiæ instrumenta vehiculo spirituum ea ratione transferuntur, vt sensus exterior mediante imagine obiecti a se cogniti sibi impressa consimilem procreet in ea spirituum parte, quam contingit, & hæc in aliam successiue vsque ad organum sensus interioris eo prorsum modo, quo Aristoteles docuit visibilia suam imaginem in perspicuo medio generare, ac medium ea imagine affectum nouam illi consimilem in organo visus procreare. Ita ergo parentum phantasia mediante imagine rerum aut concupitarum ardentius, aut intuitarum attentius consimilem imaginem procreat in spirituum substantia sibi propinqua, etiam si spiritus ea non cognoscant obiecta, quorum imagines illæ sunt representatiuæ. Deinde vero dicimus huiusmodi spiritus mediante imagine sibi alte defixa nouam illi consimilem in parte spirituum sibi propinqua producere; atque ita deinceps hanc partem in alia, quousque peruentum sit ad spirituosam seminis substantiam, atque ad embryonem: si enim a sonatiuis corporibus in parte aeris tacta, motaque sonus fieri potest, qui statim alium in alia parte aeris mota generat, & ita deinceps per continuatam successionem partium semouentium vltima pars aeris soni speciem imprimit organo auditorio procul distantia sonantibus corporibus; quid ni phantasia parentis, vel in capite degens, vel in corde residens alte sibi rei alicuius impressam imaginem consimiliter spiritui,

Odorum species halituoso spiritui inditæ.

vtrem imagines ab externis sensibus ad internos ferantur per spiritus.

Perspicuum vt agat in oculum.

2. de an. t. 73.

Phantasia parentum vt rerũ imagines imprimat spiritibus.

Spiritus mediãte imaginẽ recepta nouam vt generent in sibi propinquos, & in fœtum.

&

& per ſpirituoſam ſubſtantiam totum corpus permeantem ſemini, & embrij corpuſculo valeat imprimere? ſic enim & color herbarum virens in aere illuſtriſſimo euidentiſſimam ſpeciem viridis coloris procreat, qua & aer conſimilem in propinquo pariete generat: ſæpenumero enim vidimus in horto aerem ardente Sole & parietem ſuapte natura candidum, colore ſtirpium virente infectum, & illius vna ſuſcepta ſpecię belliſſime viridem: ſic aer ſono affectus conſimilem ſonum generat in echo. Nec tamen ideo negandum eſt in ſeminario ſpiritu formatricem virtutem habente huiuſmodi rerum imagines procreari, quia illas fętus, aut ſemen minine percipiat; eas namque non percipit, tum quia ſemen caret inſtrumento neceſſario animæ ſenſitrici ad cognoſcendum; fętus autem idoneo inſtrumento nondum pollet; vel etiam quia fętus anima impedita, ob generationis motum, & perturbationes tunc temporis in corpore vigentes, facultatis cognitricis vires exercere non poteſt, Ariſtotele doctore, comprobanteque experimento: quomodo enim quis velociſſime currens, aut acri dolore vexatus præſentia obiecta cognoſcat? tum quia non eſt neceſſe illa dignoſci, quorum imagines in organo facultatis reperiuntur: an ne dormiens Geometra, quin & vigilans noſcit ſemper figuras, quarum imagines animo gerit inſculptas? ſed & profunda meditatione detentus Ariſtoteli non percipit ſenſibilia præſentia, quorum ſimulachra etiam vehementia in ſenſorijs obtinet. Ita ergo vere, ac facile, vbi parentum phantaſia rei alicuius imaginem vehementem in ſe habuerit conſimilem illi aliam generat in ſubſtantia ſpirituum, & ſpiritus parentum toto eorum corpore diffuſi, ſpeciatimque in teſtibus, ac vtero comperti conſimilem procreant in ſpirituoſa ſeminis, fętuſque ſubſtantia facultatem organizatricem in ſe habente. Ac ſane quemadmodum a colorato corpore imago coloris, ac figuræ ſuæ in toto perſpicuo vndiquaque generatur, quia totum perſpicuum eſt vnicus naturæ, licet non vbique adſit in perſpicuo

Color herbarum in aere, ac pariete vt pingatur.

Spirit⁹ ſeminis habere poteſt rerum imagines quas non nouit.

Fætus anima cur non agnoſcat res, quarũ imagines habet in ſuo ſpiritu.

7. phyſ. t. 20.

Non eſt neceſſe illa naſci quorum imagines ſunt in organo facultatis cognitricis.

poſt. ana. t. 30.

Vt a parentum imaginatione rerum figuræ in fætu fiant.

Aparentis phātasia vt simulachra rerum fiāt in tota substantia spirituosa vniuersi corporis.

animal, siue oculus per eam speciem cognoscens obiectum: Sic penitus a parentum phantasia vehementem rei alicuius imaginem obtinente in tota spirituum substantia, quæ vniuersum illorum corpus omniquaque permeat, consimilis procreatur imago, quia spirituum eorum substantia est vniusmodi; etsi non vbicunque in corpore sunt illi spiritus, ibidem sit facultas, quæ per eam imaginem cognoscat obiectum ab ipsa repræsentatum. Immo vero licet ibidem existens etiam facultas comperiatur, ibi tamen ea facultas organum non habet, quo per imaginem in subdito sibi spiritu residentem obiectum ab ea representari natum percipere valeat; siquidem quum phantasia ex Aristotelis decreto in animali eadem sit principium tum cognitionis, tum quoque mutationis; sane vt principium cognitionis instrumentum proprium habet in cerebro, vel Corde (non est enim vt hac de re disputemus in presentia vel Aristoteleo monitu) phantasia tamen, vt est principium motiuum, instrumentum habet in toto corpore diffusum, quia nulla pars est, quæ in corpore non moueatur aliquo motu ab interno principio, vel alijs partibus ab omni motu simul tunc quiescentibus: Quocirca phantasia parentis vt in vtero concurrens ad motum organizationis conceptus, fetus animam in eodem motu edendo gubernans, mediante imagine, quam in spiritu subdito retinet, consimilem in embrij corpore procreare valet etiam immediate. Ita ergo siue in spiritu seminis subdito animæ spermatis, conceptusue, cui fetus organizatio proxime demandata est; siue in spiritu subdito maternæ phantasiæ in vtero seminis animam in organizatione fetus gubernanti vehemens fuerit rei alicuius imago a parentibus antea cognitæ; ab ea iam nullo negocio poterit in tenello corpore fetus, dum organizatur, similis alia imago procrear.: spirituosa namque seminis substantia est instrumentum, quo anima spermatis vtitur ad fætum organizandum; & materni spiritus sunt instrumentum, quo anima & phantasia materna vtitur ad gubernandam animam semi-

Phantasia vt principiū cognitionis organum vbi habeat.

3. de an. t. 41. 48. et seqq.

7. meta. t. 35.

Vt principium motus generatim habet organum per totum corpus diffusū.

Phantasia parētis vt principiū concurrens ad fætus formationem.

Bifariam imaginatio matris fætum maculare potest.

spiritus seminis vt sint organū formationis.

Materni spiritu

ſeminis in ea functione, illi organizanti conceptum cooperans. Quinimmo & poſt organizationem in tenello embrij corpuſculo color, & figura rei a parente vehementer expetitæ, aut attente conſideratæ imprimi nullo negocio poteſt: ſi enim exculpta in ſolidiſſima ſubſtantia nuclei perſici effigies, aut littera intrinſecus, a ſato ſemine intra nucleum repoſito arbor enaſcitur, cuius fructus omnes nuclei cortice interno exculptas natura retinent ſimiles imagines; quid ni vehemens ſimulachrum in ſpiritu phantaſiæ parentum ſubdito reſidens conſimilem ſibi effigiem aut in tenello embrij corpuſculo immediate producere, aut in ſpiritu ſeminis, & per eam aliam eiuſdem ſpeciei pingere valeat in conceptu? an quæ vegetali animæ ſtirpes formanti cognitio rei ab illa imagine repreſentatæ neceſſaria non eſt, ſentienti animæ ſimul ac vegetali nobiliori fetum humanum effingenti neceſſaria erit? an quod poteſt in formatione ſtirpis efficere ſola vegetalis anima in materiam nuclei duriſſimam, non poterit in organizatione animalis, & hominis præſtare ſentiens anima præſtantior, ſeu a ſentiente, atque a rationali gubernata vegetalis humana, omni plantali anima longe nobilior, in materiam embrij molliſſimam? nihil minus. Sic igitur naturaliter, ac facile parentum phantaſia in ſe obtinens alicuius rei ſenſibilis vehementem imaginem poteſt aliam illi conſimilem in ſpirituum propriorum ſubſtantia per vniuerſum corpus diffuſa procreare; atque per illam in proprio ſpiritu genitam nouam itidem tertio loco paterna imaginatio imaginem poteſt efficere in ſpiritu ſeminis ſeu, paullo antea, ſeu dum venerem exercens effundit gen ituram in vterum feminæ; materna vero phantaſia etiam in venere ſpiritui proprij ſeminis, & poſt conceptum ſiue dormiens, ſiue vigilans corpori tenello fetus impertiri; adeo ſtudioſa eſt, ſemperque gliſcit natura rerum omnium, ſiue ſubſtantiæ, ſiue accidentia ſint, procreandi ſibi conſimilem, vt in quacumque materia quomodocunque ad id apta eam producat, Ariſtotelis obſeruatione, ac experimento in ſingulis ſenſibus;

cui ſeruiant in organizatione.

Fetus poſt organizationem etiam a parenti phantaſia maculari.

Figuræ vt insculptæ naſcantur in nucleo perſico.

Informatione prolis quod animæ plantarum conceditur, humanæ negari non debet.

Imaginatio vt fœtui rerum a parente cognitarum figuras imprimat.

Imaginatio paterna fœtum maculans quando vigere debeat.

Natura omnis ſtudet ſimile gignere.

1. mag. mor. cap. 10.

Sensus vt ab obiectis afficiantur.

sibus; quandoquidem certum est vnicuique ab obiecto sui similitudinem in medio gigni; qua medium affectum nouam illi consimilem in exteriori sensu producit; sensus externus ea mediante illi consimilem tertiam in spiritu procreat inter eius organum & sensus interioris instrumentum intercedente; spiritus ille acquisita specie ab externo sensu quartam progignit in organo sensus communis; sensus autem communis ea mediante quintam illi consimilem generat in spiritu, quo eius organum ab instrumento phantasiæ dirimitur; spiritus hic ea itidem mediante sextam imaginem eiusdem generis efficit in phantasia: Quid ni ergo paterna, maternaque phantasia eius imaginis beneficio septimam consimilem producere valeat in spiritu intercedente inter organum phantasiæ, & corpus seminis spirituosum, & fętum? quid ni spiritus ille medius eius idoli merito procreet octauam imaginem in spirituosa seminis substantia, seu in organo subdito animæ cõceptum formaturæ? quid ni anima illa per imaginem organo sibi subdito, famulantiq; impressã postremo loco generet aliã illi cõsimilẽ in tenerrimo corpore fętus? Quid ni etiã materna phantasia speciatim gubernans animã fętus in eius corpusculo efformando, eiq; cooperans qua est principium motuum, quicunque in corpore fiunt, merito imaginis subdito, deseruientique sibi spiritui alte defixæ immediate in corpore fætus nouam producere valeat? Superiores vero imagines nullam materialem, ac visui conspicuam in parentum corpore generant, vt efficiunt posteriores in embryo, tum quia parentum corpora efformata iam sunt, nec effingi denuo possunt; sed posterior imago semini, vel materno impressa spiritui nouam ideo, & sensui conspicuam, materialemque in corpore fætus effingit, quia seminis virtus, & matris anima eam virtutem regens, seminique cooperans tunc reipsa format, & organizat eam determinate partem corporis conceptus, in qua rei a parentibus imaginatione defixæ simulachrum effingitur: tum quia parentum corpora duriora sunt, quam qui-

Imaginũ series.

Imaginum varietas.

Cur imago fieri possit in fętu, non in parentis corpore a parẽtis imaginatione.

quibus ita facili negotio nouæ rerum imagines insculpi valeant vt in tenerrimo embrij corpusculo: tum quia sensuum organa rerum imagines intime recipiunt, quo visus non penetrat; fętus autem in superficie sui corporis exteriori rerum figuras plerumque recipit a vi formatrice. Sed non ne in oculi alterius hominis pupilla nostram conspicimus imaginem? non ne in tactu & gustu tactilium, & saporum imagines percipiuntur ab alijs? Imprimuntur autem rerum imagines a parentibus expetitarum, altaque phantasia reconditarum determinato conceptuũ membro, vni potius quam alteri multiplici ratione, vna est, quia insculpuntur illi membro, quod tunc temporis efformatur, quãdo vehementior viget materna imaginatio; altera est, quia molliori parti facilius infliguntur, vt est genarum caro, si iam organizatio puelli absoluta fuerit; plures enim maculæ tales in facie visuntur, quam in alia corporis regione; tertia est, quia forte contigit eam spirituum partem, quæ ad membrum fætus determinatum confluxit, altius defixam, & vehementiorem huiusmodi rerum imaginem habere, quam aliæ spirituum partes obtineant; vt ea sola propterea spirituum portio apta sit fætui talem imaginem indere: sic etenim coloris imago, & soni licet in toto aere determinato suscipiatur, non tamen æque intensa est in singulis aeris partibus; sed in vna magis quam in alia viget, siue ob aeris inæqualitatem, siue ob aliam quamcumque caussam: intensior autem imago in parte spirituum determinata ad certum membrum conceptus delabente suo illi membro maculam inurit, quam remissior imago in alijs spirituum portionibus reliquis embrij membris indere non potest: Quarta ratio est, quia mater tunc forte quum ardenter expetit, aut attente rem aliquam considerat phantasiam ad certam humani corporis partem quauis de caussa conuertit; vnde simili membro fætus rei eius imaginem potius quam alteri parti corporis imprimit. Quod autem vulgo putatur in ea parte puelli ma-

Cur imago potius a phãtasia parentum fiat ĩ una parte fætus quã in alia ratio prima.

Ratio secunda.

Ratio tertia.

Non æque intẽsa imago est in singula parte spirituum.

Quarta ratio.

Vulgi error maculam in ea fœtus parte fieri, cuius similē mater in suo corpore tetigerit.

maculam effingi, cuius consimilem in suo corpore parens grauida primum manu tetigerit, nullam habet rationem physicam, estque placitum pure voluntarium, & aperte plurimis de proposito reluctatur experimentis. Ita ergo a parentum phantasia mediante spiritu per vniuersum corpus diffuso, & semini communicato, fetumque, dum is organizatur potissimum, attingente, conceptuum corporibus rerum variarum imagines physice imprimi consueuere. Ac sane inter alios autores Oppianus de vi maternæ phantasiæ in efformando fetu ex Lacedemonijs pulchrum hoc protulit testimonium.

Ipsa solent etiam sæpe vsurpare Lacones,
Dum vxores cernunt vtero catulire tumenti,
Eximie pictas tabulas, & splendida ponunt,
Quique hominum genere effulserunt inter ephebos,
Nirea, Narcissum, bellantemque Hyacinthum,
Atque adolescentes facie, membrisque decoros,
Egregiosque Deos, qualis Tymbreus Apollo
Conspicua lauro redimitus, qualis & Euan
Cingens pampineo fusos diademate crines.
Dum tabulas lustant oculis, formasque venustas
Attonitæ pariunt formosos ore Lacenæ.

Quam doctrinam legere quoque liceat tum apud Aristotelem alicubi dicentem homines vago, varioque plurimum animo in coitu esse; prout autem pater, materque in conceptu affecti fuerint; ita partus euariare. tum apud Plutarchum asserentem ex Empedocle pro figura, & qualitate earum rerum, quas viderint parentes, aut imaginatione comprehenderint tempore conceptionis, partus formare: Quamobrem sæpenumero contigisse, vt quæ statuas aut pictas imagines adamassent, eisdem statuis, & picturis similes filios parerent. Ita ergo maximam vim habet parentum imaginatio in formando fætu.

10. sect. probl. 12.

5. de plac. philos. c. 12.

Cælestia corpora qua ratione concurrant ad humani conceptus constitutionem. Cap. XXVII.

HVmano conceptui constituendo cum allatis antea caussis cælestia corpora concurrere, nedum Astrologi omnes, at aperte sanxit Aristoteles non vno in loco, sed speciatim vbi rerum omnium subcælestium, ac viuentium potissime generationem refert in accessum cælestis generatiui, ac Solis: concurrunt autem cælestia corpora ad humani conceptus generationem physice; quippe tum eam promouent motu, ac lumine suo, quæ sunt affectiones mere naturales; tum etiam quum Aristoteli sint substantiæ pure naturales, nil nisi physice operari possunt: esse vero cælestia corpora naturalia & aperte demonstrat Aristoteles eo quia circulari motu secundum naturam moueantur; & sine probatione veluti rem cunctis exploratissimam alibi accipit; licet non desint, qui oppositum dogma in Peripatetica officina cudere conentur, vel inuito Peripatisummo Magistro negantes cælestia esse corpora naturalia. Neque vero solum physice concurrit cælum ad hominis constitutionem in vtero, sed efficienter concurrit, non vt caussa formalis, neque vt finalis, neque vt materialis; si quidem mere agendo concurrit; aliæ namque caussæ omnes patiuntur ab efficiente, materia quidem, quæ disponitur; forma vero, quæ materiei adiungitur, seu ex materiæ sinu educta, seu illi extrinsecus ab agente inducta; finis vero ab efficiente producitur; at efficiens vel a nullo, vel a seipso physice mouetur in munere suo obeundo: concurrit autem cælum ad humani conceptus constitutionem efficienter, non quidem tamquam agens proprium, ac proximum, sed velut agens commune, ac remotum, physicum, & physice mouens; quod aperte nos docuit Aristoteles alicubi decernens necessarium fuisse mundum hunc inferiorem contiguum extare superioribus lationibus vt omnis huius mundi virtus gubernetur inde, tanquam a caussa

Marginal references: 2. phy. t. 73. — 8. phy. t. 46. — 2. de gen. t. 55. 56. 57. 58. — 1. cæl. t. 5. 99. — 3 cæl. t. 1. — 7. met. t. 5. — 8. meta. t. 1. & 12. — 1. meteo. c. 2.

Marginal notes: *Cælestia corpora cõcurrere ad fœtus constitutionem.* — *Physice.* — *Motu, & lumine suo.* — *Naturale corpus nil nisi physice operatur.* — *Cælos esse corpora naturalia ex Aristotele.* — *cælum est caussa solum efficiens in fœtus constitutione.* — *Forma, finis, et materia patiendo quoquopacto fœtum constituunt.* — *Cælum est fœtus agens commune.* — *Remotum.*

Actio cæli propria in constitutione fœtus quæ sit.

efficiente communi omnium subcælestium; cælorum autem actio in humani conceptus constitutionem nulla est alia quam gubernare singulas caussas proprias, & speciales antea explicatas ad parentum naturam attinentes in omnibus suis muneribus obeundis; easque conseruare physice, hoc est motu, ac lumine ab ijs facto in hac regione nostrati, vnde certus gradus caloris producitur, quem alibi prolificum statuit Aristoteles: iccirco enim cælum est agens remotum, non autem proximum in constitutione conceptus, quia non immediate nec cæli substantia, nec eius motus, nec illius lumen fœtum attingit; sed solum calor ab eius lumine, motuque genitus in regione hac infera conceptum vel intra vterum clausum pertingit; cuius merito cælum fouet, gubernat, & conseruat vim seminum, & aliarum caussarum proxime conceptus procreationem promouentium: Quod enim plerique cum Astrologis adijciunt occultas quasdam cælorum vires quas influentias appellant, nullam cum motu, & lumine cognationem habentes, id nobis proscissum est in libris *De Vita*; vnde non est vt illam theoriam inde huc referamus.

2. de gen an. c. 3.

Cælũ cur agens non proximum conceptus.

Intelligentiæ ſeparatæ cælorum motrices quomodo promoueant humani conceptus generationem.

Cap. XXVIII.

PRæter cæleſtia corpora humano conceptui conſti-
tuendo neceſſarias eſſe cælorum motrices immobi-
lis illas Intelligentias ab omni materiæ cōtagio ſeparatas *Intelligẽtias eſ-*
12. meta. aperte nos docuit Ariſtoteles conſtituens ab ijs tanquã *ſe cauſſas neceſ-*
t. 38. a neceſſario principio tum cælum, tum etiam naturam *ſarias humano*
dependere, ac ſane vt cæli nomine Præceptor vniuer- *fœtui.*
1. cæl. t. ſam mundanorum corporum congeriem ſignificat,
96. 97. quod etiam alibi non ſemel præſtitit; ita Naturæ nomi- *Locus Ariſto.*
ne omnium rerum phyſicarum generationem, vt alio *explicatus.*
2 phyſ. t. quoque loco intelligit aperte. Eſt autem Intelligentia
14. omnis infra Deum humani conceptus cauſſa non phyſi-
ca; ſed phyſice agens; non quidem phyſica, quia im-
5. meta. t. mobilis eſt nullum in ſe habens principium motus, Ari- *Intelligentiæ*
5. ſtotele autore; phyſice autem agit, quia humani conce- *cur ſint cauſſa*
2. phyſ. t. ptus generationem promouet mouendo corpus cæle- *non phyſica fœ-*
73. ſte ſibi ſubditum, ac proprie dicitur ab Ariſtotele primus *tus.*
8. phyſ. motor, a quo dependent vt ab effectiuo principio motus *Cur phyſice a-*
46. et ſeq. omnes phyſici, tum ſuperiorum orbium, tum inferio- *gant generãdo*
rum corporum; atque ſpeciatim generatio conceptus *fœtum.*
humani: Ad quam item vt cælum concurrit efficien- *Primus motor*
ter, atque vt cauſſa non ſolum communior, verum eti- *quid Ariſtote.*
am remotior; communior, quoniam a tali principio *Intelligentiæ*
& omnis ſubcæleſtium generatio, & cælum ipſum de- *ſunt fœtus cauſ-*
pendet; remotior, quia mediante cælo humanæ conſu- *ſa pure efficiẽs.*
lit generationi: ac ut cælum motu, & lumi- *Cur communi-*
ne ſuo calorem gignit, quo fouet, ac modera- *or cælo.*
tur omnes cauſſas ſubcæleſtes humani conceptus *Cur eo remo-*
procreationem celebrantes; ita primus motor, *tior.*
ſeu Intelligentia cuique cælo aſſiſtens, illudque
mouens eandem fetus humani conſtitutionem *vt intelligentia*
promouet motu, ac lumine ſubditi ſibi corpo- *concurrat pro-*
ris eundem calorem ſine vlla ſui paſſione pro- *prie ad fœtus*
creando, eoque altiori modo, phyſico tamen *conſtitutionẽ.*

easdem subcælestes embrij caussas gubernando, fouendo, conseruando.

Qua ratione Deus optimus humani conceptus constitutionem promoueat, & illi vltimam perfectionem tribuat. Cap. XXIX.

Deus bifariam est caussa fœtus non physica, nec physice agens.

Primo vt caussa sit omniũ prima, communissima, & remotissima.

DEus autem optimus supra omnes Inteligentiarũ mouentium ordines vel ab ipso Aristotele veneratus; duplici ratione, ac vtraque non physica, sed eminenti humani conceptus constitutionem promouet. Atque in primis quidem vt caussa omnium prima, communissima, & remotissima cunctas dudum allatas caussas humani fetus, siue subcælestes, siue cælestes, siue supracælestes consideres, conseruans, fouens, gubernansque in omnibus suis functionibus obeundis; idque non motu, aut lumine, aut calore vllo nec suo, nec a se in alijs edito; sed sola sui simplici præsentia, qua rebus quibusque intime vbique præsens adest ineffabiliter; quod non latuit Aristotelem. Qua ratione concurrit cum alijs caussis humanum conceptum constituentibus antea explicatis tum proximis, tum quoque remotis. Deinde vero peculiari quadam ratione Deus optimus vt caussa propria, proxima, & immediata nullam aliam in hoc munere gubernans, a nullaque alia gubernatus, nullaque vtens humano fætui apte organizato vltimum adhibet complementum, illi mentem communicans in animam rationalem, qua fetus fit homo. Quare Deus optimus in humani conceptus constitutione semper est agens non physicum, nec physice operans, quia immobilis, nec motu operatur; sed sine motu eminenter munere suo fungitur tum vt caussa communissima, & remotissima ceteras omnes infra se positas caussas gubernans in conceptu instituendo, organizando, & nutriendo; tum vt caussa propria, & proxima illi rationalem animam concilians ex se immediate: Quas duas rationes agendi nobis præclare insinuauit Aristoteles alicubi dicens a summo Deo, qui vt forma vniuersi, ac vltimus omnium

1. cal. c. 100.

1. de par. c. 5.

Deus vt sit cã propria, proxima, & immediata fætus humani.

Deus cur sit sẽper agens non physicum, nec physice.

Duæ ratione agendi in Deo notæ Aristoteli.

1. cal. t. 100

um finis, primaq; omnium caussa efficiens vitam beatissimam degit supra omnes cælestes globos, vbi nec motus, nec locus, nec tempus, nec vllum corpus est, pendere omnibus absolute rebus esse, & viuere, his quidem clarius, vt non solum Inteligentijs quæ ab vno Deo immediate dependent, verum etiam homini, qui ab eo immediate rationalem animam in sui generationem adipiscitur; his autem obscurius, vt rebus ceteris, quæ a Deo pendent mediantibus caussis secundis; idipsum de humano conceptu quoad sui primam institutionem, & organizationem censeas: Nam vbi conceptus humanus virtute parentum a cælo, a primo omnium motore, a summo Deo, vt a caussis communibus gubernata plene organizatus fuerit, postremo loco recipit animam rationalem, ad cuius participationem per huiusmodi organizationem dispositus erat. Quamuis enim vegeta, & sentiens anima semini, menstruoue sanguini nondum vllam organorum effigiem habentibus copulari valeat; rationalis tamen in corpore maiorem apparatum postulans (ad aliam enim formam Aristoteli est alia materia) non nisi post absolutā organorum conformationem aduenit. Est igitur vltima perfectio fetus humani adeptio rationalis animæ, qua post vegetalem, & sentientem suscepta fetus in vtero prius animal existens, tandem fit homo; siquidem non simul fit Aristoteli animal, & homo, sed prius animal adeptione sentientis animæ, ac deinde homo participatione rationalis; quæ idcirco ab Aristotele dicitur finis, seu terminus, ad quem vltimo tendit humani conceptus constitutio. Aduenit autem fetui hæc rationalis anima, non a parentibus mediante semine, vt vegetalis, & anima sentiens; sed extrinsecus, ab incorporeo Sole, ab eo quod cuncta mouens est omnium primum mouentium sub ratione finis, & omnino a summo Deo; quæ omnia nouit, sanxitque vel Aristoteles: Ipsemet enim perspicuis verbis alicubi decernit Mentem, qua fetus in vtero antea per adeptionem sentientis animæ a parentibus mediante semine purum putumque animal

Quibus a Deo pendeat esse clarius, & quibus obscurius.

Rationalis aīa quando fætui aduenıat.

2. phys. t. 26.

Fætus in vtero non simul fit animal et homo.

2. de gen. an. c. 3.

Ibid.

2. de gen. an. c. 3.

2. phys. t. 26.

12. meta. t. 24

3. rhetor. c. 10.

2. de gen. an. c. 3.

Rationalis aīa fætui a solo Deo aduenit ex Aristotele.

animal existens denique fit homo, eidem fœtui non a parentibus indi mediante semine, sed extrinsecus aduenire: Quam caussam extra parentum naturas positam humano conceptui rationalem animam nullo materiæ ministerio exhibentem alibi nobis insinuat idem Aristoteles nomine Solis separati asserens hominis formam essentialem partim esse in materia, & partim ab ea separabilem, quia homo hominem generat, & Sol: Quæ duo loca fuse nobis ad hoc propositum explicata quum sint dudum in libris *De ortu animæ humanæ*, non est vt inde huc longior illa contemplatio transferatur. Sed Fernelio viro politissimo hanc sententiam explicat apertius Aristoteles alio in loco dum asserit, *Et homo hominem generat; præter hæc item cuncta mouens, tanquam omnium primum*. quasi quem Solem in physicis appellauerat, nunc proprie nuncupet primum ens omnia mouens. Ast nobis apertissime aliquando nobilissimum dogma protulit Aristoteles asserens citatis verbis, *Translatio enim ex proportione est; & illud per medias ante oculos ponit; & qui dicit pericula ipsa exhortari vt in periculis succurramus, ante oculos transfert; & quod Deus in anima lumen intellectus accendit; vtraque enim significanter dicta sunt.* Aristoteli ergo non magis verum est pericula ipsa exhortari vt in periculis succurramus; quod vnicuique verissimum esse constat; quam a Deo in anima lumen intellectus accendi: quam metaphoram quum statuat Aristoteles dici ex proportione; quumque ipsemet asserat significanter dici a Deo in anima lumen intellectus accendi; non alia plane ratione metaphora ista explicari potest, nisi quemadmodum lu men a Sole incorruptibili diem afferente accenditur in aere nocturnis antea tenebris offuscato absque eo quod vllo corporis ministerio de substantia Solis effluxo vtatur; sic prorsum a summo Deo nullius corporis ministerio intercedente intellectus, quem alibi Aristoteles pulcherrime lumini comparauerat,

[Margin notes: 2. *Physic.* 26. — 12. *meta.* t. 24. — *Aristotelis loquuti illustrissimæ.* — 3. *rhetor.* c. 10. — *Intellectus lumini comparatus.* — 3. *de ani.* t. 18.]

in anima vegetali, & sentiente conceptum prius viuificante accenditur, vt in materia apta nata eo lumine perfici non minus quam aer a lumine solis; id enim Aristoteli difinitum est esse actus perspicui; vt pridem anima etiam rationalis definita fuerat ab eodem esse actus corporis naturalis instrumentalis; quod non esse absque anima vegetali, & sentiente alibi decernit. Deus autem in vltima perfectione hac essentiali humano fętui concilianda partim cum parentibus conuenire, partim ab illis dissidere videtur; dissidet quidem non solum quia Deus fętui organizato rationalem animam immediate tribuit; quum parentes vegetalem, ac sentientem conceptui nondum organizato concilient mediante semine; verum etiam quia Deus optimus conceptui mentem impertiens non gubernatur, aut pendet ab vlla alia caussa communi; quum parentes in constituendo fętu necessario gubernentur & a cælo, & ab Intelligentijs, & a summo Deo, vt dudum vidimus: Conuenit autem Deus immortalis in concilianda rationali anima conceptui cum parentibus eidem vegetalem, & sensualem animæ partem exhibentibus; quia vt parentes caussa sunt propria, & propinqua eas animas fętui communicans; ita mens mebryo a Deo aduenit veluti a caussa propria, & immediata, non autem veluti a communi, & remota vlla ratione, quia mens nullam obtinet sui caussam, a qua dependeat infra Deum; quod nobis pulchre insinuauit Aristoteles comparans Deum Soli, & intellectum lumini a Sole prodeunti; lumen etenim a Sole immediate proficiscitur. Quod etenim his locis asserunt Alexandræi Aristotelem agere de mente Diuina, quæ humanæ animæ portio non est, sed separata mens, ab Aristotele ipso plane conuellitur alibi scribente in hanc sententiam, *solus enim animalium omnium homo erectus est, quoniam eius natura, atque substantia diuina est; officium autem diuini est intelligere, atque sapere; quod non facile esset si vasta corporis moles assideret: pondus enim tardiorem reddit & mentem, & sensum communem.*

2. de an. t. 69. 2. de an. t. 7. 2. de an. t. 9. 10. 2. de gen. an c. 3. et 4. 4. de par. an. c. 10.

Lumen quid. *Facies, caro, oculus non est sine sensitrice anima.* *Deus quomodo se habeat erga parentes concilians mentem fætui.* *Mens fætui organizato indi[...]tur.* *Mens a solo Deo pendet.* *Refugium Alexandreorũ dicitur.* *Aristoteli hominis anima diuina est.*

uocat autem Aristoteles rationalem animam Diuinam quia æternis, & incorruptibilibus nomen diuini dare consueuit. Sed hæc alibi fusius a nobis explicantur.

Colligitur ex traditis natura caussarum embryi sigillatim, ac primum explicatur humani conceptus materia proxima. Cap. XXX.

Materia proxima fetus humani non est solum sanguis maternus.

Non solum quod a matre prodit.

Quid vere sit.

E Superiori ergo contemplatione sat superque constare cuique potest materiam proximam, ex qua immediate constituitur conceptus humanus, non esse purum putumque sanguinem maternum; quod plerique falso adscribunt Aristoteli; non esse cum menstruo sanguine iunctum sperma femineum; quod non paucis placuit viris egregijs; sed esse constitutum corpus ex portione crassiori paterni seminis primam sui originem ducente in singulis membris solidis vi tertiæ coctionis ex eo alimento; quod superabundat nutricatui singularum partium masculi tam rubearum, quam candidarum; & ex portione crassiori consimiliter materni spermatis primum sui ortum habentis ex eo nutrimento, quod redundauit nutricationi singularum partium spermaticarum feminæ; & ex toto illo materno sanguine, quod speciatim superabundauit nutricatui partium rubearum eiusdem feminæ, in vnam molem ita exacte permistis in vtero, vt in quacumque parte sensibili massæ illius singulæ portiones reperiantur eius materiæ, quæ a singulis parentum partibus solidis nuncupatis effluxit. Quo factum est, vt in quot partes ea massa quauis de caussa diuidatur, tot inde integri fetus a natura constituantur.

Multitudinis fetuum in vno vtero vera cã.

Deducitur caussa conceptus humani efficiens cuiusque generis explicaturque variorum sexuum origo. Cap. XXXI.

MAnifestum est item conceptum humanum a triplici effectore constitui, eoque proprio; quorum vnum mediatum est, anima parentum, siue parentes ipsi; qui gubernati a Cælo, ab Intelligentijs, & a summo Deo, vt cetera omnia subcælestia efficientia in suis functionibus quibusque obeundis, ministerio testium procreant semen prolificum in eo generantes animam vegetalem, & sentientem eiusdem speciei cum illa, qua ipsi pollent, non communicata intellectrice. Secundum efficiens conceptus immediatum, non instrumentale, sed principale Aristoteli est in vtero anima seminis vtriusque in vnam coniuncta; quæ similiter a cælo, a secundis Intelligentijs, & a summo Deo gubernata, & speciatim ab anima materna primum sanguini menstruo seminibus adiuncto communicat se se decreto Aristotelis ea ratione vt coniunctum ex masculeo, & femineo semine permisto sibi sanguini materno primum exhibeat animæ suæ partem vegetalem, ad quam solam rudis illa sanguinis materia vltimam habet dispositionem: quæ communicatio vegetantis animæ ad matrem potius quam ad patrem Aristoteli referenda esse videtur; tum quia vegetalis anima feminæ vt pote ab imperfectiori materia dependens imperfectior existens aptior est, quæ imperfectæ sanguinis inanimati materiæ proxime associetur; tum quia quum vtrumque semen actiuum sit in constitutione conceptus, rationi consentaneum est maternum sperma exhibere menstruo deteriorem animæ partem, paternum vero nobiliorem. Quare coniunctum ex vtroque semine sanguini menstruo perfectiorem naturam induto, ac in viuentium genere ob participationem vegetalis animæ a matre potissimum deriuatæ collocato, posteriori tempore communicat sentientem animam, quam paternum semen inuexit, eo maxime in hac functione operante, scilicet existente principium, quo primo coniun-

Caussa efficiens fætus humani propria triplex & quæ sit prima.

Secunda.

1. de gen. an. c. 18.

2. de gen. an. c. 3. & 4.

2. de gen. an. c. 4.

Vegetalis anima fætui cur potius a matre indicatur.

Mater vt dicitur nequeat fœtui animam dare vegetalem.

ctum illud operatur : secus enim si velit quispiam ex Aristotele à matre puram vegetalem animam fętus per semen conciliari, & a patre consimiliter solam sensitricem, eas omnes rationes aduersantes habebit, quibus dudum hoc placitum proscidimus in opere *De ortu animæ humanæ*. Conceptu ita constituto, anima in eo ab vtroque parente genita, vt diximus, deinde agens in totam conceptus illius partem crassiorem distinguit portiones ipsius heterogeneas varia temperamenta obtinentes, ad variaque membra constituenda dispositionem habentes: deincepsque discretas illas Embrij partes aptis quasq; locis pro singulorũ membrorũ constitutione rectissimo, & naturali ordine collocat; ac demum ita dispositis embrij portionibus membrorum illorum figuram, & formam propriam impertitur, ad quæ singulæ habent naturalem, essentialemque habitudinem. Tertium, ac postremum, seu verius absolute supremum efficiens conceptus humani est Deus optimus, qui fętui iam plene organizato rationalem animam impertitur nullo vtens ministerio corporis, nullaque alia caussa a se distincta.

Tertia caussa efficiens fœtum proxime.

Fœtus caussarũ effectricum discrimen.

Deus semper eodem modo fœtui animã indit.

Marium ortus vnde sit.

Feminarũ origo vnde sit.

Quæ quidem effectrices caussæ in sua functione obeunda in eo item abinuicem differunt, quod Deus optimus semper eodem modo operatur animam rationalem cuicunque fętui, siue vni, siue multiplici, siue masculei, siue feminei, siue vtriusque sexus impertiens: at maternum semen vbi tum viribus tum mole paterno cesserit, illi sinit masculeam prolem constituere; sin autem vicissim masculea genitura femineo semini, vi, ac mole concesserit; illi feminam vel inuita conformare permittet. At si mole, viribusque semina coæquentur, & æquipolleant, tunc si plures in partes scindantur, masculum, & feminam distinctos procreare poterunt, vel etiam plures hermaphroditos: sin ambo semina æquipollentia coeant in vnam massam Androgynum constituent fętum vtroque sexu pollentem necessario.

Androginorũ cã propria quæ sit.

Eius

Exprimitur quotuplex, quæque sit formalis caussa conceptus humani, & quomodo in eo sint.

Cap. XXXII.

QVANDO conceptus humanus in vtero triplicem statum obtinet; vbi primum factus est, communicata recens anima sanguini menstruo a semine, nondum tamen incepit organizari; dum organizatur, seu verius in media eius organizatione; ac demum completa, & absoluta omni organorum conformatione. Plane Aristotelis decreto conceptus primis temporibus antequam incipiat organizari solam vegetalem obtinet animam, qua constituitur in vegetantium genere vitam plantarum viuens; procedente vero tempore, vbi partes heterogeneæ conceptus ab inuicem discretæ fuerint, & suis quæque sedibus collocatæ, incipiantque membrorum formam adipisci, recipit fœtus sentientem animam, qua fit animal omni planta longe præstantius, cuius forma ex vegetali, & sentiente generica est anima consurgens; quas vtrasque animas in vnam iunctam a parentibus acquisiuit embryo mediante semine: ac demum completa corporis vniuersi organizatione fœtui non iam a parentibus, sed extrinsecus a summo Deo aduenit rationalis anima, qua fit homo; eaque alijs animis genericis, ac partialibus specifica iungitur in vnam totalem animam humanam. Quocirca ex Aristotele conceptus plene organizati forma substantialis est anima humana integra ex vegetali generica remota, ex sensitrice generica proxima, & rationali specifica resultans; quod recipiendum est absolute; conceptus vero semiorganizati forma essentialis est anima ex vegetali, & sensitrice consurgens; quod similiter accipiendum est: at conceptus vel nihil, vel parum organizati forma essentialis Aristoteli est pura vegetalis anima, non item sentiens; quod

Fœtus in vtero triplicem habet statum.

2. de gen. an. c. 3.

Forma fœtus organizati quæ sit Aristoteli.

Semiorganizati quæ.

Forma fœtus ante organizationem quæ.

caute accipiendum est: si etenim de toto conceptu loquamur, vel etiam de parte illius seminali a menstruali saltem ratione distincta; falso dicitur id carere anima sentiente; quod non solum in superioribus, sed fuse demonstratum a nobis est alibi: sin autem de conceptu agamus quoad partem illius materno sanguine puro comprehensam; recipi quidem potest maternum sanguinem seminibus vtrisque copulatum ab eis primum acquirere solam animam vegetatricem; deinde per organizationem, nobilioremque temperaturã dispositum ad sentientem animæ partem, procedente tempore hanc etiam adipisci, & a semine ex vegetante puro fieri animal; vt plene organizatus embrio demum a summo Deo ex mero animali fit homo per adeptionem animæ intellectricis. Porro in conceptu vegetalis anima est toti eius corpori coextensa, consimiliter & sensualis; nam Aristotelis decreto vt sunt in plantis, & in animalibus ad subiecti corporis diuisionem partibiles; ita necessario debent esse ad subiecti quantitatem quantæ per accidens; quandoquidem diuisibilitas ita est propria passio quanti, vt quodcumque aliqua ratione quantum est, id eadem ratione sit etiam diuisibile. Quum igitur vegetalis, & sentiens anima sit vna actu, & multiplex potentia, quia diuisibilis est per accidens ad corporis diuisionem; necesse est easdem animas esse itidem per accidens quantas ad subiecti corporis dimensiones illi coextentas: Quocirca in humano conceptu anima tum sentiens, tum quoque vegetalis inest tota in illius mole diffusa, non in Corde solum, aut in Cerebro, vel iecore coarctata: Id ipsum dicendum est de tota anima humana ex vegetali generica remota, & sensitrice generica proxima, & rationali specifica in vnum coeuntibus constituta; quinimmo etiam de anima intellectrice, vt est summa hmanæ animæ portio a vegetali, & sensitrice contradistincta; ob

Aristotelis locus expenditur.

de ort. anim. *de ort. anim.*

Vegetalis aïa & sentiens est toti corpori satus coextensa, nõ magis in vna parte quam in alia.

2. de an. t. 20.

Anima vegeta, & sentiens est quanta per accidens.

Omne diuisibile est quantum.

Anima humana est similiter corpori coextensa.

Intellectrix animæ est etiam in

ob rationes, quas fuse retulimus in Opere *De Animarum coextensione corpori*: licet a materia nō pendeat, nec sit quā ta per accidens, nec diuisibilis ad subiecti corporis partitionem; nec obnoxia corruptioni; quæ omnia eo libro explicantur.

toto corpore, licet non sit diuisibilis.

Affertur caussa finalis conceptus humani. Cap. XXXIII.

FInalis postremo caussa conceptus humani, cuius gratia in eo constituendo, & efformando alma rerum parens Natura tot operationes instituit, tot caussas alias in vtero coniunxit, quot dudum explicauimus, vna est humanæ speciei conseruatio in æternum, quoad fieri potest: Quum enim homo, vt subcælestia cuncta viuentia, licet in eorum apice constitutus omnium proxime ad cælestem, immortalem, atque diuinam accedat naturam, sit tamen reipsa mortalis, & ob participationem materiæ deterioris corruptioni obnoxius; quum idem numero perpetuitatem ideo consequi non valeat, ad quam nostratia vniuersa inhiant vt summo Deo consimilia quoquopacto reddantur; per sobolis propagationem natura studet humanam saltem speciem immortalitate donare: Homo igitur vt æternitatem suæ speciei, quam in indiuiduo physice consequi non potest, adipiscatur, conceptui constituendo inuigilat, generare in eo cupiens nouum indiuiduum sibi consimile in specie non solum essentiali, & interiori, quæ in eiusdem gradus animæ participatione consistit; verum etiam accidentali, & exteriori, quæ in consimili corporis constitutione, conformationeue continetur: vt enim tum prima conceptio, qua excrementum feminæ suscipit animam vegetalem, acsentientem ab vtroque spermate in vnum iuncto; tum vltima conceptus perfectio, qua fetus plene organizatus recipit a summo Deo immediate rationalem animam, quæ totius est animæ humanæ portio potior, perpetuitati consulit speciei essentialis; ita plane media inter has functiones

Finalis caussa fetus humani quæ sit proprie.

Homo subcælestium nobilissimus.

Mortalis cur sit.

Quo studeat speciei æternitatem comparare.

Homo sibi similem generare studet in specie tum essentiali tum accidentali.

Vt conceptus constitutio respiciat vtramque speciem hominis.

conceptus

conceptus prioris organizatio speciem accidentalem perennitate solet impertiri.

Conclusio totius Operis. Cap. XXXIV.

HAEC *De perfecta hominis constitutione in vtero* ex caussis tum proprijs, tum quoque communibus dicta sint satis in Peripato; quam de Philosophorum sententia breuibus explicat D. Augustinus inquiens *humanam conceptionem ita procedere, & perfici, vt primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem,* quia toto eo tempore vtriusque parentis semen in vtero præstolari potest sanguinem menstruum, Aristotele autore; semen autem lactis substantiam æmulatur: *sequentibus nouem diebus conuertatur in sanguinem,* quippe menstruum semini adueniens illud totum sanguineo colore perfundit ipsi exacte permistum; quod fortassis innuit Aristoteles alicubi statuens ex genitura tota fieri sanguinem in hominis procreatione: *deinde duobus diebus solidetur;* quæ præparatio est organizationi necessaria; cuius meminit Aristoteles alibi dicens in generatione animalium prius semen esse mollem massam, innuens ipsum posterius solidescere; *reliquis decem & octo diebus vsque ad quadragesimum quintum formetur vsque ad perfecta lineamenta omnium membrorum: et hinc iam reliquo tempore vsque ad tempus partus magnitudine augetur,* vi, & operatione caussarum dudum explicatarum: In quibus pangendis illud enixe studuimus ostendere, summum illum Naturæ Dictatorem Aristotelem de proposito argumento ab Hippocrate, Galeno, & Auicenna nihil fere dissidere, secus ac plerique opinentur; & non minus de Humani conceptus constitutione, quam de alijs Philosophiæ partibus benemeritum esse, ac rei veritatem attigisse: Licet enim Aristotelicis Hippocrateas, Galenicas, & Auicennicas sententias non attexuerimus breuitati studentes; illæ tamen apud omnes ita vulgatæ sunt, vt vnicuique mea hæc sensa lecturo

L. 83. q. 55.

7. hist. c. 3.

1. de gen. t. 23.

2. phy. t. 83.

Ari-

Ariſtotelem ab illis Medicorum Coryphęis aut nihil alienum dixiſſe, aut ſolam Cordis primogenituram contra eos profeſſum fuiſſe: at vero & multa præter illorum obſeruationem in humani fętus conſtitutione digniſſima ſcitu nobis inſinuaſſe, futurum ſit apertiſſimum. Quæ omnia dicta ſint ad ſtudioſorum vtilitatem. In quibus ſi quid mihi e calamo efluxerit, quod Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ minus probetur, illud etiam nunc indictum volo, & expungo: Si quid autem veri, ac litterariæ Reipublicæ vſui futurum promulgaui, id omne a ſummo Deo cunctorum bonorum benigno largitore acceptum referatur: Cui laus ſit in æternum, gloriaque perennis.

FINIS.

Præsens opus, quod inscribitur De perfecta constitutione hominis in vtero, *Excellentiss. D Fortunij Liceti Genuensis, vidi ego Frater Angelus Gottardus Ariminensis artium, & sacræ Theologiæ Doctor, ac Vicarius Sanctæ Inquisitionis Patauinæ, & accuratè perlegi, nihilque in eo, (quod animaduerterim) reperi catholicæ fidei, aut pijs, bonisque moribus detrahens; qua de re iudico, ac approbo vt typis excudatur dignum, &c.*

1615. 4. Settembre.

Hauendo io Agostino Dolce Segretario letto vn Libro in foglio di carte cinquanta quattro intitolato, Fortunii Liceti Genuensis Philosophi, ac Medici, De perfecta constitutione hominis in vtero Liber vnus; *comincia* Si vlla in terris est, *& finisce,* Cui laus sit in æternum, gloriaque perennis. *dentro al quale non hauendo trouato cosa contra la Religione, Prencipi, & buoni costumi, lo giudico per queste cause con mio giuramento degno che li sia permessa la stampa.*

Agostino Dolce Segretario.

INDEX ALPHABETICVS RERVM NOTABILIVM

In hoc volumine contentarum locupletissimus.

A

Accidens inseruit disponendæ materiæ, non formæ substantialis producendæ. 38

Accidentia non migrare de vno in alterum subiectum. 21

Actio cæli propria in constitutione fetus quæ sit. 106

Actiones a fine sunt definiendæ. 37

Actiones naturales fieri per contactum. 91

Actiones vteri quæ. 87.88

Actiones vteri sunt multiplices. 87

Actiua vis in qua insit parte seminis. 30

Actus non est nisi in propria materia. 76

Actus vbi fiant. 24

Aer vt inficiatur herbarum subiacentium colore. 99

Aeternitatem speciei quomodo sibi comparare studeat homo. 117

Agendi rationes in Deo duæ notæ Aristoteli. 108.109

Agens adæquatum in secunda seminis operatione. 38.39

Agens est honorabilius patiente. 46.67

Agens naturale sponte accurrit ad materiam, & ad instrumẽta. 34.35

Agens non valens materiam apparare posse apparatæ formam cõciliare. 77

Agens primarium semper est definitum. 25

Agens vnum vnam functionem in vna materia vno tempore agit. 35

Agitur quodque vt aptum natum est agi. 76

Albæ partes cur menstruo non constituantur. 85

Alexandræorum refugium diruitur. 111

Alimenti assimilatio quæ fiat in nutricatu. 84

Alimenti quantum membra vertant in sui naturam. 14

Alimenti vltimi partes tres, alens, augens, semen euadens. 17
Alimento semen vt comparetur. 17
Alimentum quid acquirat a tertia coctione. 15
Alimentum vltimum quid. 17
Alimentum vt vertatur in substantiam partis. 15
Androgynorum caussa propria quæ sit. 114
Anima actu vna quæ sit potentia multiplex. 39
Anima actu vna vt fiat actu multa. 35
Animæ diuersæ speciei per insitionem in stirpibus in vnam coeunt. 35.36
Anima feminæ vegetans cur imperfectior masculea. 113
Anima feminæ vt gubernet animam seminis in constituendo fœtu. 94
Anima feminæ vt in conceptu plura agat quam masculea. 94
Anima fœtui vegetalis a matre inest. 51
Anima fœtui sentiens a patre inditur. 51
Anima fœtus cur non cognoscat res, quarum imagines habet in spiritu sibi subdito. 99
Anima hominis Aristoteli Diuina est. 111.112
Anima humana est corpori coextensa. 116
Anima humana quomodo sit vna. 35
Animæ humanæ pars vegeta est nobilior animis omnibus plantarũ. 56
Animæ humanæ non est negandum in formatione prolis, quod conceditur animæ plantarum. 101
Animo vago & vario sunt plurimum homines in coitu. 104
Anima intellectrix non est corruptibilis. 117
Anima intellectrix a materia non pendet. 117
Anima intellectrix est indiuisibilis. 117
Anima intellectrix est toti corpori coextensa. 117
Animam Deus semper eodem modo indit fœtui. 114
Anima rationalis sola non pendet a parentibus. 45
Anima rationalis fœtui quando adueniat. 45.109
Anima rationalis fœtui a solo Deo aduenit ex Aristotele. 109.110
Anima parentum est caussa conceptus per se. 92
Animæ parentum sunt caussæ propriæ sed remotæ conceptus. 92
Animam quando acquirat semen a testibus. 29
Animam vt acquirat semen a testibus. 28.29
Animę quæ semini a parente insint. 19
Anima seminis comparatur ad animam parentis. 94
Anima seminis vt communicetur sanguini menstruo. 36

Anima quæ primum organizationis initio a semine menstruis communicetur. 45
Anima vt primum vegetalis, deinde sentiens in menstruum recipiatur. 65
Animæ seminis instrumentum primarium quid. 92
Anima in qua parte seminis sit vt principium actiuum. 29
Anima cur non sit in singula parte seminis fecunda. 29
Animæ seminis facultas secunda. 31
Anima quæ insit femineo semini. 59
Anima seminis sensitrix est. 69
Anima sentiens ducitur ex materia. 10
Anima sentiens, & intelligens quæ præstet sine cognitione. 94
Anima sentiens, & vegeta est corpori coextensa. 116
Anima vegeta, & sentiens est quanta per accidens. 116
Anima vegeta educitur e sinu materiæ. 10
Anima vegeta feminæ ignobilior est vegetante masculea. 36
Anima vegetalis fætui cur potius a matre indi dicatur. 113
Animam vegetam vt mater fætui communicet. 59
Anima vegeta vt a matre fætui non insit. 114
Animatur excrementum feminæ a semine maris absque vllo caloris ministerio. 37.38
Animæ instrumentum calor, & spiritus. 59
Anima insitæ arboris qualis sit. 36
Anima insitæta leæ dominatur animæ trunci. 36
Animalia non omnia sementifera. 69
Animalia sine testibus coeuntia, & generantia. 18
Animal per quam animam constituatur in esse. 59
Animal vegetalem animum habet a matre. 59
Aper camelum genuit. 61
Apta sunt fieri omnia vt reipsa fiunt. 42
Aristotelem qui dissimulent. 11
Aristoteles in theoria de humano fætu cum Hippocrate, Galeno, & Auicenna comparatus 118.119
Aristoteles plura, & distinctius de humano fætu quam vllus Medicorum scripsit. 119
Aristoteli vt vnus fætus fiat ex vno semine. 28
Aristoteli vt partus non excedat quinos fætus. 27
Aristoteli semen vt prodeat a toto corpore. 16
Aristotelis, & Galeni dissidium in generatione sanguinis. 13

Aristoteli hominis anima ut diuina dicatur. 111.112
Aristotelis varia loca expensa, & illustrata. 21.33.62.107.116
Aristotelis locus de aduentu intellectus humani fœtui. 110
Artes materiam faciunt. 47
Asinus generans non dat animam mulo filio. 61
Assimilatio quæ præcedat mutationem alimenti in partium substantiam. 84
Aues tempore coitus habent testes grandiores. 18
Augustini Sancti theoria de humani conceptus constitutione peripatetice explicatur. 118

B

Bruta ex materia sunt. 10
Bruta imperfecta sexus distinctos non habentia emittere semen fecundum. 51

C

Cælestia corpora concurrere ad fœtus constitutionem. 105
Cæli actio propria in constitutione fœtus quæ sit. 106
Cæli sunt corpora naturalia ex Aristotele. 105
Cælum est fœtus caussa solum efficiens. 105
Cælum est fœtus caussa communis. 105
Cælum motu, & lumine concurrit ad productionem fœtus. 105
Cælum physice agit fœtum constituens. 105
Calor influens animæ instrumentum. 24
Calor influens unde insit semini. 24
Calor ut agat. 59
Caloris munera. 38
Calor insitus est instrumentum primarium animæ seminis. 92
Calor ut semini operanti seruiat in secunda operatione. 38
Calor semini non deseruit in tertia operatione obeunda. 39
Calor vim ordinandi non habet. 39
Calor ut operetur in membrorum configuratione. 43
Cambij mutatio in membrorum substantiam. 14
Cambium quid. 14.53
Cambij partes. 53

Cambij vsus. 53
Camelus a sue genitus. 61
Canis a Leone ortus. 61
Cannis a Lupo genitus. 61
Canis a Tygride prognatus. 61
Carnis materia propria. 24
Caro non est sine sensitrice anima. 111
Castratum animal vt feminam impleat. 18
Caussa efficiens fœtus humani propria triplex. 113
Caussa conceptus humani. 12
Caussa fœtus per se remota. 12
Caussa finalis fœtus humani quæ sit proprie. 117
Caussa non physica eminenter agens. 12
Caussa non physica physice agens. 12
Caussa organizationi necessaria non est imaginatio. 96
Caussa per accidens fœtus. 12
Caussa physica physice agens. 12
Caussarum efficientium fœtum discrimen. 114
Caussa vera multitudinis fœtuum in vno vtero. 112
Chylo soli prima coctio conuenit. 79
Conceptione facta quid oporteat primum a semine fieri. 31
Conceptione facta cessare vteri actionem falso credidit Laurentius. 89.90
Conceptio non fit ministerio caloris. 37.38
Conceptio qua ratione fiat. 30
Conceptio vera non consistit in feminum commistione. 68
Conceptum cur parens constituat remote. 93 94
Conceptum fieri posse altero semine infecundo. 62.63
Conceptui efficiendo vt inseruiant vtraque semina. 70
Conceptui menstruum necessarium esse. 72
Conceptui quæ partes necessariæ. 72
Conceptus caussæ propriæ sed remote sunt animæ parentum. 92
Conceptus constitutio vt respiciat vtramque speciem hominis. 117.118
Conceptus humani caussa multiplex. 12
Conceptus humani caussa adæquata. 33
Conceptus promiscuus qui sit Aristoteli. 62.69
Conceptus qua ratione fiat. 69
Conceptus verus quando, & quomodo fiat. 70
Coaguli pars quæ remanet in lacte, quæ non. 21

Deus vt sit omnium caussa communissima. 108
Deus vt sit omnium caussa prima. 108
Differentia maris, & feminæ in generanda prole. 49
Difficilis contemplatio de ortu macularum in fætu. 96
Discretio partium embrij materialium a semine vt fiat. 71
Discretiua facultas partium heterogenearum conceptus inest in semine. 31
Discretiua vis partium fætus semini necessaria. 42
Discrimen caussarum efficientium fætum. 114
Discrimen maris, & feminæ. 48
Dispositæ materiei formam dare facilius est, quam ineptam disponere. 83
Dispositio vltima alimenti, & seminis ad induendam naturam partium quid sit. 23
Dispositio vltima sanguinis ad induendam naturam membri in quo sita. 14
Dispositio vltima sanguinis ad membrum vbi oriatur. 14
Diuina est anima hominis ex Aristotele. 111.112
Diuisibile omne est quantum. 116
Dormientis matris imaginatio potest fætum figurare. 97

E

Effectiuum principium in semine cur dicatur Diuina pars Aristoteli. 21
Efficiens caussa fetus humani triplex. 113
Efficiens cur cum materia non coincidat. 22
Efficiens genito formam tribuit. 23
Embrij partes discretæ vt ordinentur a semine femineo. 71
Embrij partes materiales vt discernat semen. 71
Empedocles parentū imaginationē vult esse caussā figurandi fætum. 104
Equa mulo filio animā tribuit. 61
Equus a tauro genitus. 61
